tur: anxietate torqueantur: Non tibi multo optabilior uidetur priuatorum conditio quorum & uita ſecurior & uoluptates etiã ſi mentem ĩtendas maiores ſũt Quos ſũma ſemper condit hilaritas mulcet feſtiuitas: explet alacritas: Quantã putas afferre delectationem cõmunis quæ cũ uxoribus & filiis uita exigitur: Dũ cubant tute: ueſcuntur læte: iocantur modeſte: q̃ Dulcẽ eſſe arbitraris amicorum interſe & ęqualiũ parem uitam: domeſticum uſum: Frequentem conuentum? Quid eorum amore ſuauius: confabulatiõe gratius: curis melius atque cõmodius? Quantum credis letitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia: ludi: cantus: ſaltationes: Quantum dilatent animos & permulceãt: Quãtum emãeat mellis: Cuius nec ſtillam principum aliquis deguſtauit. Pa Haud intelligo Charon hanc quã refers regum triſticiam atque anxietatem: qui inter riſuſ tantum blandiciaſ iocoſque uerſentur: Quibus ſemper pſalatur: cãatur: plaudatur: & quicquid ad tranſigendum hilarem uitã excogitari poteſt exhibeatur. Cha Etiã ut uideo iudicas Palinure quæ oculis tantum patent: quo errore decepti mortales plurimum ſeduci ſolent: ſed quod certũ afferre poſſunt iudicium exteriora corporis: quæ uelamenta quædã magis ſunt ueritatis. Aut qd certi pmittere & oſtentare poteſt frons hoium q̃ plures q̃ ptheus ſpecies mentiri atque ĩplures mutari queat: Conſiderandę ſunt ſecretę animi fibræ: Perſcrutandę ſunt interiores mentis latebræ: Quas ſi peruidere ita ut frontem poſſes: Proh dolor quantam ibi malorum turbam: quãtã formidinũ atque ſtrepitationũ aciẽ

introſpiceres: Quot angores: ſolicitudines: ſuſpitiones: quot peſtilentes morbos & pertubationes: quãta apirentur ulcera: quot plagę & cedes: quot īſidię: quot enſes & cælo℞ infinita genera: quæ nec ſomnos eo℞ qetos nec cibos placidos nec opulentiã dulcem nec imperium iocundũ nec delicias iocoſq; lętos eſſe pmittãt Pa Neſciebã adhuc hæc eo℞ qui dominãtur mala: ſed cur illis contingant tanta non capio. Cha contingunt tanta pp graues inimicitiaſ acerbaq; odia quas cõtinue cũ finitimis ciuitatibus: cũ ſubditis ſibi populis: cũ ſibimet ipſis etiã gerunt: Quo fit ut ingraueſcentibus odiis increſcentibuſq; iiuriis quibus quotidie afficiunt queq; neccẽ ſit illos torqueri & affligi grauiter confidere nemini: ſuſpicari omnia poſſunt: extimere muſcas etiã (ut aiũt) uolantes gauderẽ & lætari nunq̃: triſticia & merore detineri ſẽper. Pa Aducis me facile ut credã ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates cũ quibus & īfenſa odia confiteor propter continuã quæ exercentur bella & dominandi libidinem qua plurimũ incenduntur: Cũ ſuis uero quibus īperant populis nihil accipere poſſũ niſi amorem & dulciſſimã pacem: Porro ſi cũ finitimis ſint inimicitiæ: Si oriantur bella ac demũ etiam augẽtur īperia: ſubducuntur oppida: profligãtur acies: ſpoliantur & captiuantur hoſtes: populationes magnæ fiunt: tropheis decoratur patria: uictoriis celebratur: triũphis extollitur: Ob quę & principium gloria & urbiũ ornatꝰ & inimico℞ timor & populo℞ īter ſe lęticia atq; erga prīcipes fidẽs & amor creſcit. Cha At tãtũ narras q̃ pſpera ſunt & lęta: ac q̃ frequentiꝰ ac

cidunt aduerſa & triſtia pretermitis: Quaſi ſemꝑ eos
putes debellar̄ hoſtes. potiri uictoria: triũphis exulta
re: nunq̄ uero uinci: ꝓſterni agros ſuos populari: bõa
ſua diripi & e ſuis ſe opidis deici ſed maiora hæc preter
eamus: de mĩoribus tãtũ dicatur: Quipe ſi cõferas q̄s
ſtrages ſuoꝝ & cedes ſubſtinent cõperies lõge maiorẽ
dãno q̄ lucro ꝑtas eoꝝ uictorias ɔſtar̄: diſcuſſaq; rõne
deceſſiſe plus illis q̄ acceſſiſe His adicias ut populoꝝ
etiã ſuoꝝ odia ne dũ finitimoꝝ ĩtelligas qđ ad inferen
da bella & ꝑſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti &
munito exercitu: multo nauigio: longa armoꝝ & ma
chinaꝝ preparatiõe quæ quũ magno & inexſtimabili
conſtent ſũptu nec ꝓprii ſuppeditent redditus neccẽ ẽ
nouis uectigalib9 uexare populos: nouas ĩducere pre
ſtationes: nouas angarias: augere tributa multiplicar̄
onera: exaurire æs oĩum: eradi marſupia imo uiſcera
pauperꝝ: paruos atq; magnos diripere: ſpoliare: cõcul
care: Inde fit ut quũ ĩuiſos mãifeſte ſe cũctis intelligãt
ſuſpectũ tũ ſibi ĩcipiant hr̄e quemq; Nullius fidei: nul
lius amicitiæ credere coniectari oĩa in malam partem
Habet.n. hoc in ſe peſſimum malefactoꝝ conſcientia
ut quos iniuria affecit nunq̄ reuocari ĩ amicitiã: nunq̄
mitigari & ad ueniam moueri poſſe putet: pro ide ma
gis inſurgitur grauiores initur iniurias: hũc ꝓſcribũt
illũ carcere includunt: Quorundã patrimonia publi
cant alios iugulari aut ſtrangulari iubent: uolũtate ꝓ
rõne utuntur: eoꝝ quoq; quos tantis leſerunt malis co
gnitos afines: amicos: ſocios: ſeruos quaſi fidei ſuæ di
fidentes perſequuntur: Tum cæteri qui cariores eti

am uidebantur exempla alioꝝ preponũt ſibi acuũtq; ipſi non minus odia: Nã non minus rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent: Ita pedetentim ciuitas oĩs idignatur: obmurmurat: rapitur ira: odiis incenditur: coquit nouaſ cogitationes: noua cõcilia molitur: Mox eo deueniũt ut hæc intelligentes uideant quãte ruinę quantoq; precipitio ſubiaceãt: q̃ tenuiſſimo quaſi quodã filo pendeant iperia ſua: Tũc cernas eoſ pallere: triſtari: cõſumi expauere oĩa: torqueri ſcelerꝝ ſuorꝝ cõſcientia quæ prima eſt pœnarꝝ oĩum: Timere hoſtiũ: inſidias ciuiũ: cõſpirationes domeſticorꝝ ꝓditiones: oppreſſorꝝ uindictas: Tunc ſecurũ nihil exiſtimare niſi quod ui ac ferro tueantur Propterea non credũt ſe tuto cuiq̃: non miniſtris: non neceſſariis: non germanis: quorꝝ maiorꝝ etiam q̃ alioꝝ auctoritatem magis formidant: arcent ſe ab aſpectu & preſentia oĩum cingunt ſe foſſis & aggeribus: claudunt ſe artib9 quaſi ad ꝑpetuas damnati carceres: cuſtodibus etiã tanq̃ ad expeditionẽ belli paratis ut obſideri eos puteſ circũuallantur: Nihil illis dulce nihil ſapidũ: nihil iocundũ: Dormiunt cum magna inquietudine cũ maiore etiã uigilant: Terret illos conuentus hominũ: angit ſolicitudo: timent coloquia: timent ſalutationes: timent dona: ſuſpecti illis aditus: ſuſpectæ ſellæ: ſuſpecti cibus & potus: qui nec ẽt niſi preguſtati ſumuntur: ſuſpecti pellicũ & item uxorꝝ thori: Quibus mirꝝ eſt cur ſine cuiuſq̃ preguſtatiõe cõgrediantur: ipſos uero quorꝝ ſe cuſtodiæ comiſerũt nõ minus extimeſcunt: quibuſ quum carere nequeant ob tutelam ſuam eo magis augetur eorꝝ timor & miſeria

conſcia

quo armatoſ pro firmiore illos preſidio eſſe neceſſe ſit quare alienigenas & barbaros homines atqꝫ abiectiſſimos quoſqꝫ ſibi deligunt eoſqꝫ frequentius comitãtur Deiciũt ſæpius ac exterminant quo ſaluti ſue(& ſi nõ alia at ſaltim hac uia)conſultũ ire poſſint: Quid fœdꝰ & ignauius dici queat q̃ hoibus exteris imanibus flagitioſis ſe comitere: ſuos uero prudẽtes: ſobrios: iuſtos ſpernere atqꝫ deuitare: Quãta iſta tyrãnoꝝ fœlicitas quos continuus & ingens ſemper angore afficit metuſ quo non modo animi grauiter excruciantur ſed cũcta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur: q̃tæ iſte eoꝝ deliciæ: quanta gaudia qui tranquilitate nũq̃ & pacem ſibi ne dicam populis ſuis aut hoſtibuſ conceſſerunt expartes omnino tam ſanctiſſimi atqꝫ omnium dulciſſimi boni: Quænã ubertas iſta bonoꝝ q diſtracti aliunde neqꝫ ſciant neqꝫ uiſant neqꝫ pertractent neqꝫ guſtent unq̃: Quanta iſta iperii bona: q quũ ipſi uidere & atrectare non poſſunt coniectant neceſſe ẽ alioꝝ curæ & gubernationi ignari rerum ſuaꝝ: neſcii omnium ferme quę ſub ſe geruntur: fraudati quotidie & dcepti ab his preſertĩ quos preceteris auſerũt qbꝰ tamen quum ſe credant quot innocentium criminationes quot facinoroſorum falſas comendationes audiunt: Quotiens eorum fidem ſequuti bonos pro malis malos pro bonis ducunt atqꝫ hos beneficiis illos pœnis afficiunt: Quodqꝫ grauius ẽ quotiens ipſis etiam uidentibus hi quos tantum extulerunt pro ſententia ſua in foro quoſqꝫ ledunt concutiunt: op-

primunt atq; dilaniant: Quid mirꝝ ſi exardeſcunt po
ſtea populorꝝ odia: ſi labefactatur poſtea eorꝝ ſtat9 at
q; diſolatur Quanta iſta q̄q; optãda ĩperia cũ quibus
& ſeruitutem peſſimã degant ſubiecti tantis ꝑturbati
onibus: tantis inſidiis: ſubiecti ipſis etiã quos ſibi ſub
iecerũt: conſtricti quaſi quibuſdã regni cõpedib9 clau
ſi ĩtra artes quaſi magni alicuius criminininis rei: coarta
ti iſtar ferarꝝ: excluſi ab omni q̄ foris capitur recreatio
ne: priuati libertate quod eſt tã dulce & oĩbus optabi-
le bonũ: non hominibus mõ ſed cæteris inſuꝑ quibuſ-
cũq; animantibus cuius priuatione q̄d eſt quod triſti
us aut ĩfœlicius contingere poſſit. Pa Nõ c̄tedis Charõ
bonos aliquos mitiſq; & moderate naturæ tyrãnos eē
Cha Immo multos credo ſed tãta eſt dominandi libi-
do: tantus ardor: tanta neſcio q̄ peſtis ĩgenita ut quos
ſemel inuaſerit ſint ſũma quãuis bonitate preſtantes
adeo illiciat eos illicienſq; deprauet ut uita potius q̄
ĩperio quod iã occupauerunt carere poſſint uel ad cõ-
ſeruandũ uel & ad ãpliſicandũ contendunt unguib9
dentibuſq;: ac propterea nemo ē tã bonus tyrãnus cui
conſeruationis amplificationiſq; ſuæ gratia multis nõ
magnas inferre ĩiurias atq; ob eas illatãs non plurimũ
timere plurimas ut pati anxietateſ cõtingat. Pa Miror
cur tantis ĩ malis que plane ita ut narraſti uera eſſe pu-
to: appetant tantopere mortales ĩperiũ niſi id fortaſſe
faciunt cupidine honoris & gloriæ: Quid nimiũ tam
præſtans atq; excelens bonũ tollerabiliores reddit tan
tas quas modo expoſuiſti miſerias: Dulce quippe eſt
mãdare aliis: preferri omnibus: eminere: precelere: ue

nerari:timeri:ſuppliciter exorari:aſurgi ſibi: uia dece
di:inclinari ceruicem:flecti genua:audire laudes ſuas
& rerꝶ bene geſtarum decantationes: Quę quum & di
uina numina plurimũ capiant facile ĩtelligi poteſt quã
tum & his quoqꝫ mortalium mentes capiantur. Cha
Quæ tantum capere poteſt tyrannos ullius honoris
aut gloriæ exibitio: qui ſe certo ĩuiſos omnibus eſſe ſci
unt A quibus ſi laudentur: ſi andiatur: ſi aſurgatur at
qꝫ incuruetur intelligunt palam uel aſentationis uel ti
moris cauſa id fierę: Quare non ē ita dulcis ut putas
huiuſmodi honoris & glorie exterſio magis q̃ exibitio
At uero dulcior is ē qui in priuatos hoĩes ab amicis &
beniuolis honor exibetur pp aliquod eorꝶ egregiũ faci
nus aut excelentē uirtutē: Vera iſta gloria uer9 iſte ho
nore ac dignus q̄dem quo & diuina numina capiantur
Pa Nullã ergo uideo cauſã cur tantopere ĩperia deſide
rentur deſiderataqꝫ conſeruentur: niſi qꝫ habendi cupi
do qua tãtũ trahitur humanũ genus ĩ his maxĩe exple
tur: Quo.n.qſqꝫ plus auri:agrorꝶ edificiorꝶ: opidorꝶ
aq̄rere poſſit nullo parcit labori quantũcunqꝫ uis ma-
gno & ĩtollerabili: Neqꝫ ullus tã amarus labor qui pp
queſtũ & maiorē rerꝶ cumulationē dulceſcat: Itaqꝫ qu-
um tyrãni ſup oēs plus poſſideãt ſup oēs & beatiores
uidētur: licet cętera eis triſtia ſint atqꝫ per acerba. Cha
Neqꝫ iſtud quidem affert ullã beatitudinem: nã in pri
miſ non efficit diuitem maior habundantia ſed minor
cupiditas: Qui enim paruo contentus eſt id tantũ cu
pit quod necceſſitati uitę ſufficiat: Is habunde eſt locu
plex propter honeſtum qnod facili9 implere poteſt de

ſiderium quod quum & īpleuerit liberatus ē ab omni qua alii rapiuntur habendi anxietate: Qui uero quantunlibet diues plura concupiſcit pluribus īdiget quia perſeuerante aquirendi inſacietate efficitur minus uoti compos: Quo.n. magis creſcit multaꝝ reꝝ poſſeſſio magis etiam cupiditas neq; finem unq̄ habet uorago illa cupiditatis. Deinde non eſt iudicandus quiſq; uel locuplex multitudine uel pauper paucitate diuitiaꝝ ſed uel reꝝ magis implemento uel neceſſitate. Nā ſi multitudinē excedūt ſumptus quō poteſt is credi diues q min9 habet q̄ neccē eſſet: quare quū neceſſitatē ſæpius magnā patiātur q tantā īperii molem adminiſtrant īdigentiores etiā putādi ſūt priuatis hoībus quibus licet tenues ſint opes at neceſſitatib9 ſaltē ſuis uel pres uel ſupiores: Taceam9 graues q̄s quotidie expiationes uel rapinas pferunt aqueſtoribus ſuis & ab his maxīe quoꝝ fidei magis credūt: q quo maiora etiā nacti ſunt īperia eo maiora utiq; furta maioréq; proinde reꝝ ſuaꝝ diminutionē: patiūtur a qbus priuatos ſaltē hoīes liberos eſſe conſtat: Qui & diligentius patrimonia ſua ipſi perſecurare & attentius omnia intueri poſſunt: Dicamus uero curas & labores quos in adminiſtrandis tātis opibus gubernādoq; tanto potentatu tollerare eos oportet quoꝝ fortiores q̄ herculis humeros neccē eſt ad ſubſtentandā tantā molem: plures etiam q̄ argi oculos ad tantā reꝝ uarietatem peruidendā atq; diſtribuendam: plura quoq; q̄ iam aut uertum capita ad intelligenda examinandaq; tot ac tanta quum hoſtium tam populoꝝ ſuoꝝ quæ illis negotia deferū-

tur: Quæ tanti animi uis quæ non debilitetur: quæ tā ta ſoliditas q̄ non concutiatur: quæ tanta promptitu- do quę non remitatur: Cuius eſt tanta ualitudo tantū robur qui ſe tam uaſto curaꝶ ponderi parum audeat polliceri: Cuius eſt adeo equabilis & moderatus ani- mus: adeo perſeuerans qui tam multis tamq̄ continu is laboribus non defatigari non quaſſari nunq̄ atq; in- fringi poſſit: Obmittamus mortales: de nobis tantū qui hęc ultima loca colimus loquamur: Veꝶ putaſ Pa linure beatiorem eſſe uel me qui pauperrim9 ſum om nium: qui nihil præter hanc quam cernis puſillam lin trem poſſideo: uel plutonem tam lati tamq; im menſi regni tyrannum: intelligo & ſi taceas quale de hoc ſis iuditium prolaturuſi: Crede mihi minime meum cū ſuo ſtatu commutarem. Pa Quare. Cha Quia lætus ago & ſumma animi qniete: Non ullius rei ullam ge- ro niſi tranſuehendi haſce huc deſcendentes animas: & conſeruandi incolumen hunc faſellum meum ſolicitu dinem In qua dicam tibi quicquid eſt quod me grauet Quum enim propter uetuſtatem fatiſcat aliquando rimis curare me oportet ut reſtituatur integritati ſuæ: Quare eum conſuo ſæpius & obſtruo ſi quid rimarū ē hæc oīs mea cura eſt: hic omnis labor: At pluto cum tantis diuitiis ſuis ac regno tanto nunq̄ lætatur: nunq̄ quieſcit: tot curis carpitur quot repletur hic umbris lo cus: implicatū ſemper habet ubiq; animū: hinc fertur illinc rapitur: omnibus intentus locis: oībus occupa- tus miniſtris: huic mandat illū terret: alios aciri iubet metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus: nunc

mot9 formidat: Sępe illū trepidare cogit lāpas phœbi ne ulla ex pte iradiet r̄gno ſuo: Sæpe & fulmē magni fr̄is ne penetret auerna atq; labefactet quotiēs uidi ego illum dū reb9 ſuis timet iniectū fūmo curru peragrare oēm hanc regionem: luſtrare fineſ: ſcrutari omnia diligenter: aſcendere etiam in ſupeꝝ orbem circuire terras perueſtigare quodcunq; periculū pferre poſſet nihil oio incauti & inexplorati relinquere: quæ quū multis in locis at maxime ea ſolet efficere ī terris ſiciliæ quæ magis etiam eum terrent propter magnas reluctationes Tiphœi gigātis quibus totam cōquaſſat illam patriam Nam poſtq̄ ipſe auſus fuit bella inferre cœlo iniecere ſuperi eius corpori trinacriam ſub qua ab omnibus undiq; montibus preſſus & grauatus conatur ſæpe ſe atollere impoſitaq; ſibi reicere: Proīdeq; magnos concitat motus ac tantoſ quidem ut hęc loca noſtra cōcutiat grauiter & tremefaciat: Cogita nunc q̄ leta & optanda ſit ſors huius inferni tyranni: cui9 tot diuiditur animus curis: tot propellitur tumultuationibus: quē tot oporteat precauere pericula: tot diſpenſare miniſteria: omnia percenſere: omnia corigere omnia uel ipſe gubernare uel aliis gubernanda comitere: Attende rogo & uel ex hoc uno colige eius fœlicitatem: Nam ſi me deficere contingeret huic nauiculario miniſterio quod ita neccesariū eſt ut uides neccesse eſſet eum uices meas ſubire: ne alioquin deficiente portatore regno ſuo male ſuccederet. Pa Hoc profecto non modo uerum eſſe uideo ſed manibus etiam ipſis (ut aiunt)

tãgo: Nã ea nocte qua alias ſomno grauat9 e puppi in mar̃ excuſſus fui id cõtinuo ſenſit Aeneas me9 q errantem ſine magiſtro nauẽ ĩtelligens gubernauit eã tota ipſa nocte: nõ ĩdignatus ꝙ q̃ ſceptrũ geſtare ſolebãt remũ etiã man9 atrataret. Cha De magno eius germano nihil loquor non me latet quantos & ille labores ac curas ſubſtĩet: Sed id pręcipue ſcio quum temeritate Phaetontis totus pene orbis conflagraſſet quantum tunc regno ſuo timuit: quantum tota cæli mœnia circuit & ne qd labefactum uirib9 ignis corrueret explorauit: Pręterea tertiũ fratrem moderatorem undaꝝ cuius plurimę etiã ac maximæ curæ non facile explicari poſſent: ſed pręſertĩ quæ ſub illa quoq; Phaetõtea conflagratiõe ad ſũmũ pene uſq; exitium cum toto regno ſuo eum afecerunt. Pa De hoc poſſũ quod oculis meis uidi afferre teſtimoniũ: uidi equidem tempore illi9 quem ſupra retuli horrẽdæ apud ſiciliam tempeſtatis commotum grauiter neptunũ & ex alto proſpicientẽ uocaſſe ad ſe Eurũ & Zephirum increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate placaſſe ocius omnia atq; trãqnilla reddidiſſe Quod argumentũ pręſtat mihi euidens plurimarum ut inquis ac maximarum ꝙ omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint curarum ſuarũ Cha Dic oro Palinur̃ putas ne iam beatam eẽ tyrãnorum uitam? Pa Minime. Cha Optares ne uiuens eoꝝ ſortem? Pa Vt quid optarem in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſte intelligo. Cha Ergo certo eos arbitraris miſeros. Pa Non miſeros modo ſed oĩum etiã miſerrios. Cha Mirũ ꝙ mõ eos tãta frui beatitu

die prędicabis. Pa Quid mirũ ſi cæc9 laudet tenebras quas poſtea luci reſtitut9 dãnet. Cha uis ut & alia eoꝝ mala tibi referã? Pa Reſtãt itẽ alia. Cha & alia & grauiora. Pa Quid audio grauiora haud unq̃ iſtud credã poſſe his q̃ mõ dixiſti grauius aliqd addi. Cha Credes quũ audieriſ. Pa Dic ergo. Cha uides ut appropinquamus iã ripæ nõ poſſu longiora tecũ iã facere uerba. Pa Rogo te mi Charon ne fallas auidiſſimã expectationem meã. Cha An cęteraꝝ umbraꝝ q̃s in litore reliqui auidiſſimã ẽt expectationẽ uiſ ut fallã? Pa Nũ diu moraberis pge o mi Charõ Cha Immo diuti9 q̃ ſoleo đmoratus ſũ: ſed lentus etiã nauigaui pp te cuius fabulatione delectabar. Pa Age ergo ut facis lentiorẽ ꝑtrahe nauigationẽ ut quæ reliqua ſũt dicẽda ꝑſeq poſſis. Cha Ea tandẽ tanta eſt tibi audiendi cupiditas? Pa Tanta: Cha Morẽ tibi gerã q̃ in re illud te ſcire uelĩ qꝺ plurimũ miſerã reddit mortaliũ uitã inſtabilitas ſcilicet & ruina reꝝ: Nã certũ nihil & permanens in uita quiſqꝫ ſibi polliceri queat: Quomodo iſ beatus cenſebitur cuius ſũmam q̃tũuis & plenã beatitudinẽ mĩma oĩs diſturbatio uiolare & auferre põt: ſãe quum oĩa apđ mortales ĩfirmia atqꝫ mutabilia ſint: Nulla tñ infirmior ſors ẽ atqꝫ mutabilior q̃ tyrannoꝝ: quoꝝ etiã quum maior ſit exaltatio & ſublimata magis ſtatus altitudo magiſ eſt proinde (quum mutari eos contingat) caſus & ruina. Inde tantæ tyrannoꝝ proditiones: euerſiones: trucidationes ut nemo eoꝝ fere unq̃ euaſerit qui non uel regno depulſu s: uel ueneno necatus: uel cruenta aliq̃ & peſſima morte cæſus uel peremptus ſit: Qui talem

Inſtabilitas rerum et Dominiorum

eorꝝ uitã optabit: qui pro modici temporis fœlicitate (ſi tamen illa fœlicitas appellãda ſit) tam triſti poſtea tamq̃ amaro fine conſumatur: Horret animus dicere nam ne credas hiis tantũ mortales ſubiectos malis eẽ: ſenſimus & hoꝝ magnã partẽ aliquando nos inferi: licet tã ualida nobis & munita ſit ciuitas tã firma & præpotens atq̃ oĩbus undiq̃ prẹſidiis circũſepta: Nõ poſſũ ſine dolore meminiſſe illi9 diei qua Hercules heros ille fortiſſimus hæc regna penetrauit: perfregit fores inuaſit regem: exteruit reginã quam & ante ſocii ei9 rapere adorti erant: abſtraxit cerberꝝ uinctumq̃ & catẽatum magna ui in orbem duxit: concuſſit loca omnia: trepidarẽ omnes umbras atq̃ ipſoſ iudices fecit me quoq̃ nõ modicum leſit quẽ erepta cimba conto hoc meo percuſſit impulſumq̃ grauiter in mediam paludẽ exturbauit. timui eq̃dem tunc deſolatũ iri baratrum totũ: Credidi tũc ſuppremũ Plutõi finẽ aduẽiſſe regni ſui: neq̃ minus illũ cũ coniuge in prẹdã duci ad ſupos q̃ tartareũ canem: ſed paulo humanius cũ eo actũ eſt q̃ opinabar Nã tandem ſibi ac regno ſuo bene cõſultũ eſt: neq̃ tamen ita conſultũ eſt qui triplici cuſtode ſuo qui tam perneceſſarius erat ſpoliaretur: q̃ ſi opinionẽ meã quæ cõmunis erat fata coẹquaſſent tũc cernere fuiſſet ueꝝ beatior uel meus uel Plutonis tanti regis ſtatus eſſet. Ego quidem nihil ambigo priuatus fuiſſem hac nauicula hoc. n. habeo tãtũ quod adimi mihi poſſit priuatus ẽt fuiſſẽ rege meo: ſed quot quot alioſ uoluiſſẽ reges ꝓcul dubio ĩueniſſem qui miniſterio meo ĩdigentes ſeruitiũ meũ p libenter ſibi delegiſſẽt & for

Herc. ad inferos

In narratione [illegible]
Miniſtri et famuli [illegible]
alij [illegible]

taſſe hoc lucri feciſſem: ꝙ pro uetuſta & atrita qualem hanc intueris nouam mihi & magis ſolidã lembum ac quiſiſſem At pluto q̃tas opes: quantos honorẽs: quantum regnũ amiſiſſet: quantã in egeſtatem: quantã ĩ calamitatem decidiſſet Qui neq; par q̃ aliud regnũ uti parem ego uel meliorem nauim neq; parem alium famulatũ uti parem ego uel meliorem dominũ inueniſſet: Excedo iã modũ dicendi ſed ſi tempus ſineret narrarem & quibus olim curis uexatus quantoq; timore percuſſus pp bella Gigantũ fuit ſũmus olimpi rector Cuius narratio maiorem etiã augeret eoꝝ quæ ſupradixi maloꝝ confirmationem. Pa Haud opus ẽ exemplis mihi: Nam nemo mortaliũ fuit qui maiora q̃ ego unq̃ uiderit eoꝝ maloꝝ exempla: Quid enim extitit his temporibus troiano rege maius: quid opibus ſuis cumulatius: Quid opibus munitius & pulchrius: & quid demum exitu tantoꝝ bonoꝝ triſtius quid crudelius: quid flebilius? Vidit infœlix pater tam arduũ & longum bellũ: tot cruentas mortes natoꝝ ſuoꝝ: Vidit euerſã funditus & incenſã urbem: Vidit latrantem coniugem captiuatas nurus & filias: populationem tantaꝝ diuitiaꝝ: ipſe quoq; quod ultimũ reſtabat illi ſenectutis ſuę ſolaciũ Pyrrhi enſe cõfoſſus & crudeliſſima morte conſumptus ẽ. Cha Quis meliꝰ me hæc nouit qui cunctos hac ſcapha tranſuexi: A quibus & omnem calamitatem ſuam ſeriatim perdidici? Notus eſt habunde mihi Priamꝰ cuius cognito acerbo caſu non potui nõ dolerẽ: Notus eſt Troiulus: noti Hector & Deiphæbus nota eſt cætera tot filioꝝ ac nepotũ turba

noti inumerabiles qui illo bello perierunt troiani pariter & graeci duces: Nota eſt infinita q̃ tunc occidit populorum manus: Nullo memini tẽpore longiorem interfectorum multitudinẽ huc deſcendiſſe q̃ illo: quo ita laſſatus fui ut pre multitudine oĩbus tranſuehendi minime hæc cymba ſufficeret: plane qd opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias quas tu ſubiectas oculis tuiſ habuiſti q̃ſi ꝑ anguſtia temporis liceret (iã. n. uideo ꝑ prius nos applicare ripæ) narrarẽ & milia aliorum tyrannorum ex quibus creſceret etiã magis tibi opinio eorum calamitatis: Nã illud poſſũ quod certo ſcio tibi uerum confirmare nullũ fere me uidiſſe unq̃ tyrannorum huc deſcẽdentiũ (deſcendunt porro oẽs) q non uel alicuius ueneni interfectionem: uel magnas ulcerum cicatrices & ſãguinolentæ alicuius mortis horrida ſigna preſeferret: Ita mirum eſt uidere tot ac tantos necatos: confoſſos cruentatos: trucidatos. Pa Quis nunc ſe tantis in malis tyrannũ unq̃ eſſe optabit? quis ĩperia aſſequi queret q̃ iã certius certo cognoſco magis fugienda etiã q̃ meduſeũ caput. Cha Audiſti qbus apud ſuperos tyrãni malis torquentur ſed ſi intelligeres q̃ hic apud inferos grauiora etiã illis parãtur phorreſceres & lõge magis eorum ſortẽ. Pa Ergo & alia hic tyrãnis parãtur. Cha Credis Palinure ſcelera que patrãt mortales hic aliquãdo ipunita eſſe. Pa Hoc modo animaduertebã. Cha Animaduertendũ eſt igitur tibi quodcunq; ĩ uita peccatur pari demum poſt mortem & reſpondente peccatis pœna puniri: Nam ut capias quod dico ſi tu Palinure artem tuam nauicularia uiuens male exercueris: ſi ũ dominũ

tuũ mali quicq̃ uel cogitaueris uel comiſeris: ſi iaudi ens dicto ſuo extiteris iuenies hic tibi pręparatas his q̃ deliqueris ſimiles pœnas. Pa Nihil ꝓfecto Charō ſcio quod male egerī uel in dominū meū peccauerim. niſi ſomnolentā illā dormitionem meā qua negligentius certe q̃ debebā me geſſi: Nā magno in periculo nauim ſimul & dominū quem uehebat meum reliqui niſi uigilantior ipſe & cautior melius ſibi cōſuluiſſet: ſed pœnaꝶ ſatis tum ob hoc craſſum peccatum meum etiam in uita recepi. Cha recipies etiam in morte: Ibi ſenī quum e naui te dimiſero ad ſeueros iudiceſ noſtroſ: Qui examinant & cenſent delicta omnium: Ducent quoq; te ī examinationē ſcrutabūturq; crimina tua: Videor uero uidere quali te iudicabunt pœnæ ſubiciendū. Pa Quali? Cha parē peccato tuo tibi pœnā ſtatuent: Nā quū ſomno peccaueris: ęterno ēt te ſomno damnabūt Pa Dormiā ergo ī æternū. Cha Ita puto niſi grauiꝰ ſit aliud peccatū tibi. Pa ſic mites habeā iudices ut nō ſit grauius aliud mihi. Cha: Nullam ergo niſi ſomni pœnā patieris. Pa nō hæc grauis pœna mihi uidetur. Cha Neq; aſinis ēt & bobus: at magnis & excelenti aliq̃ uirtute ꝑditis uiris grauiſſima exiſtiatur. Pa q̃s uero dic pœnas pfert tyrāni? Cha audis tot clamātes & lamētātes uoces: tot horrificos plātus: tātū ſtridorē ferri: tot tractꝰ catēaꝶ. Pa delectabat me adeo ſermociatio tua ut his minime aīum itenderē: ſed qd audio tā triſte atq; horrendū q; pręhorrore pœnę aures meę ſubſtinere nō poſſūt? Cha ſūt hęc quæ audis tormenta tyrānoꝶ. Nā quū illi ī uita carcere queq̃ icluſerint: ſpoliauerint

flagelauerit: trucidauerit ī ſūmū luctū. ī ſūmā egeſta
tē & calamitatem deduxerit: damnati ſūt etiā ab īcoru
ptis iudicib9 ad pferendas pe s pœnas. Ideo teterimis
quoq carcerib9 incluſi: ſpoliati: flagellati: rotati: ceſi
mēbrati ac mille atrociſſimis mortib9 cruentati tātos
edūt q̄ntos audis gemit9: tātū luctū: tot ac tantos re-
boatus: clamores atq eiulatus. Pa Dic etiā mihi Chā
rō an his pœnis pˡectūtur q magni atq priarii tyrānis
aſiſtūt. Cha prſus hiſdem: Nā ſuaſū & cōſilio eo℞ ma
xime comitūt tyrāni ſcelera ſua. Pa an & ī uita illi bea
ti. Cha non ſecus ac tyrāni qb9 aſiſtūt nā hiſdem quo
q malis ſubiecti ſūt: eadem. n. ſūr ī eos populo℞ odia
maiora etiā īter ſe: eædē curæ: eadē picula & qd' miſera
bilius eſt deiciūtur ſæpe a tyrānis ſuis & uel carcere uel
morte aliquādo peſſima afficiūtur. Pa tāta eſt ergo tā
q gnalis oīum calāitas: Vllā uero prſus eſſe putas ho
minū ſortem q̄ beata dici poſſit. Cha Immo beatos ali
quos non nego fuiſſe mortales ſed perraroſ tamen. Pa
Quos p raros? Cha Qui amore uirtutis & littera℞ cō
tempſerūt cætera mūdi bōa: Qui ſe īnocuoſ: puroſ ca-
ſtos: ītegros: īcoruptos: cōſeruantes extulerūt aīum
altius ad guſtandā diuinā excellentiā: hūana q̄ſi ſordi-
da & abiecta reliquentes: Nā uirtus p ſe tā dulcis tāq
iocūda res eſt ut īcredibiles amatorib9 ſuis afferat uo-
luptates: Tam nobilis & præſtans eſt eius poſſeſſio ut
ſumma quadā ubertate ditet poſſeſſores ſuoſ: Quam
qui uere eſt aſſequutus nihil præter littera℞ ſtudia dul
ce: nihil preter dei cognitionē habet amabile: Quę tā
tū pdulcia ſibi bōa ſtabilia ppetua: īcorupta præelegit

cuſtodit amplectitur: Reliqua uero mundi ſupremo tandē guſtu amara īfirma momētanea coruptibilia fuco mendatiora: hilo inaniora: hilla ieiuniora papis uolantibus leuiora fugit cōtemnit abicit conculcat: Contentuſq; ſe ipſo ac hōeſtiſſimis ſuauiſſimiſq; ſtudiis ſuis totū nihili mundū ducit ruentē, etiā non formidat: In his recreatur refocilatur: letā & iocundā agit uitā: ridet tātas hoium tamq; ſtultas & ultro ſibi queſitas anxietates: tot ineptias: tot caſos labores: tot inanes curas: nemini nocet nemini moleſtus ē: Laudant eū oēs predicant: admirantur: beniuolentia cōplectuntur fauore proſequuntur: q̄ uere hic beatus eſt qui conſcientiæ ſuæ innocentia & integritate fruitur. Quod primū eſt & dulciu9 oībus bon9 ſecuruſq; ſui nullo timore angitur: nulla anguſtia torquetur non timet larga (qbuſ caret) q̄ſq; nihili facit diuitias ſibi a potentiorib9 eripi Nnn timet a quocūq; ſe ledi q nec quemq̄ ſe lexiſſe certo intelligat: q̄ uere hic fœlix eſt q tot tantiſq;, ſemotus curis & periculis: tantaꝝ uacuus pturbationū ſibi ſemper aliiſq; iocundus letetur ſemper & oībus quot quot ſunt mundi honeſtis & his etiā quæ celibum cōmunes ſunt pfruatur uoluptatibus: q humanioribus: ſanctioribuſq; deditus ſtudiis contemnat oīa contemnēſq; oīa poſſideat: Nā is poſſidere oīa uidetur non q oībuſ habundet ſed cui nihil deficiat: Porro illi nihil deficit q nihil concupiſcit: Concupiſcens āt uihil, cōtemnit oīa: Contemnēſq; ita id aſſequitur quod deſiderat: Deſiderio uō ſuo frui ea ḋmū uera & ſola beatitudo beatoꝝq; oium plēitudo ē. Pa Hi ergo quū nihil mali egerit pœ

Quis oia possideat

naꝝ & nihil patiuntur. Cha nihil prorſus Immo pro-
pter tranſactã bene uitam meritum magnũ aſſequun
tur. Pa Quod. Cha Vel cœli fiunt incolæ comunicãt
qꝫ æternũ illis cœleſtib bonis: Vel ſi huc deſcendũt mit
tuntur in eliſiũ: Qui locus eſt quietiſ ac deliciaꝝ ubi ſe
des fortunatæ: campi apti: lęti oĩum oĩo pœnaꝝ ex ꝑ
tes. Pa O ſi mihi ad mortales redire aliquãdo contige
ret inclamarem q̃ magna poſſem uoce admonerem ꝓ
ſuo quemqꝫ officio & dignitate: acuſarem tantã laboꝝ
fruſtrationem tantã curaꝝ uanitatem: tot coruptas o
piniões ꝑuerſaqꝫ iuditia: ſed q̃ maxĩe increparem ꝗ uel
magiſtratu quopiã magno uel ĩperio cæteros antece-
dunt: oſtenderem tanta q̃ antea ignorabã ſed te docen
te nunc intelligo mala eoꝝ grauiſſima: dictu horribi-
lia: reuocarem omnes a uitiis: ab inferendis ĩiuriis: ad
meliorẽ uictũ a ſuꝑflua agendaꝝ reꝝ cura: ĩtenderẽ de
ſiderio uirtutis laudarem ĩnocentiam: prędicarem fru
galitatem: exhortarer cunctos ad bene: grauiter: caſti
gateqꝫ uiuendum: ad ſe cognoſcendum: ad contem-
nendum tot caduca & ſomni cuiuſdam uel umbrę ma
gis ſimilia mundi bona ĩuitarem ad honeſtas artes ad
ingenuas exercitationes: ad ſtudia litteraꝝ ad ſpem ac
contemplationem diuinæ bonitatis. Cha Et recte ſa-
ne ſed uides & ripam attigiſſe egredere iam. Pa Et iam
eggreſſus ſum: Ad iudices eo placidam opto tibi ſem
per nauigationem ſalue o Charon & uale: Cha Et ego
ad reliquas umbras redeo placidos opto tibi ſemper
iudices ſalue o Palinure & uale.

Luciani Charon ſiue ſpeculantes locutores: Charō & Mercurius. Mercurius.

q

Vid rides o Charō? quid ue relicta cymba inſolēs admodum ad hæc noſtra ueniſti? Cha. Deſideraui o Mercuri quæ in uita ſunt cognoſcere: & quid uiuentes agāt: quibuſue priuati cum ad nos deſcenderint omnes plorent. Ex ipſis enim nondum quiſq̄ ſine lachrymis annauigauit. Quoniam igitur impetraui a Plutone diei unius uacationem quemadmodum adoleſcens ille Theſſalus aſcendi ad hanc lucem: opportūeq; tibi uideor occurriſſe. Scio enim optime te mihi ducem futurum: quæq; noſti oſtenſurum omnia. Mer. Non ocium mihi o portitor: nam Ioui maximo aliquid humanarum rerum miniſtratur⁹ abſcedo. Iraſcitur ille facile: quare uereor ne ſi fuero tardus totum me ueſtrum fore iubeat: coniiciatq; in tenebras: uel & mihi quod Vulcano eueniat ut de cœlo in terram deiectus oenochous altero pede claudicās ridiculus diis manibus fiam. Cha. Oberrantem igitur me ſuper terram aſpernabere? præcipueq; cum inter nos magna intercedat familiaritas: unaq; & nauigemus & tranſuectemus. bene tamen ſeſe res habet o fili Maiæ: ſi meminiſti q̄ tibi neq; ut remigis fungereris officio: neq; ut ſentinam exhaurires iuſſi unquam: cum tamen humeros fortiſſimos habeas. ſed ſtertis tu quidem in

lecto iacens: uel ſi quem nactus ex mortuis fueris per totam cum eo nauigationem confabularis. At ego ſenex cymba trahens ſolus remigo. Sed per Iouem patrem ne me deſere mi Mrecuriole. Verum per omnia quæ ſunt apud ſuperos circunducito: ut redeam cum uiderim aliquid. Quod ſi me deſeris cæcis haud quicq̃ interero: nam ut illi errant: & labuntur in tenebris. Ita rurſus & ipſe tibi cæcutius lumen aſpicio. Sed ſine te exoram mi Cylleni: quoniam non in ingratum: ſed in eum qui ſemper meminerit beneficium conferes. Mer In me hæc cudetur faba. Video enim qui optime ſi tibi ducatum præſtitero quam ſim habiturus mercedẽ Colaphis & pugnis omnino cædat. Mos tamen gerendus tibi eſt. Nam qua quis dignus eſt pœna ſi ab amico coactus aliquid fecerit? Verum & enim fieri haud quaquam poteſt o Charon ut uideas omnia diligenter Multorum enim annorum futura mora eſt. Deinde præconium facere tanquam ab Ioue aufugerim me oportebit. Itemq; publicanus Aeacus ægre feret ſi ne obulum quidem lucrabitur. Verum ut capita rerum uideas quid facto opus eſt conſyderemus. Charon Tu ipſe præcipias: nam eorum quæ ſunt ſupra terram quum ſim peregrinus noui nihil. Mer. Excelſiore quodam loco nobis eſt opus o Charon. Vnde omnia queas deſpicere. Quod ſi cœlum poſſes aſcendere non laboraremus. Nam ex eo loco tanquam e ſpecula quadam cuncta intueri liceret. Sed tibi qui ſemper es inter mortuos: & deos manes

Iouis regiã non eſt fas ingredi qua propter res admo-
net ut aliquem eminentiorem locum ĩueniamus. Cha
Q uæ tibi o Mercuri internauigãdum ſoleo dicere ea
te meminiſſe decet: nam quando uiſ uentorum uela ue
hementer impetit fluctibuſq; unda attollitur: & uos
nauigationis imperiti iubetis nunc uela laxari nunc cõ
trahi: nunc ea uentis permittere: ego in puppi ſedens
clauo inherens non ignarus eorum quæ facto opus
ſunt ſilere uos iubeo: Eodem modo tu o Mereuri ceu
gubernator nunc ea facias: quæ tibi meliora uidentur
Ego uero ut lex eſt apud Epibatas tacitus ſedens quæ
iuſſeris parebo. Mer. Dicis probelle iam ſileas iubeo:
Inueniam certe ſpeculam nobis idoneam nunq̄d Cau
caſus aut celſior parnaſus uel eminentior utroq; olym
pus erit Commodior? non enim fruſtra aſpexi olym-
pum ſed tua mihi opus eſt opera. Cha. Iube nam quic
quid Iuſſeris faciam pro uiribus. Mer. Homerus poe
ta ait duos Aloei filios quum eſſent adhuc pueri oſſam
a radicibus euellentes olympo ſuperimpoſuiſſe Dein
de pelion ſuper Oſſam ratos per hunc modum poſſe
cœlum aſcendere: ſed quia Iouis hoſtes dederunt me-
rito pœnas: nos uero quum nihil aduerſus deos aga-
mus: quid obſtat ne montes montibus ſuperimpona
mus: ut ex ſublimiore quodam loco cuncta ĩtueri poſ
ſimus. Cha. Poterimus ne o Mercuri nos Pelion ele-
uare & oſſam? Mer. Quare nõ Charon? an cenſes nos
qui inter deos annumeramus illis adoleſcentibus eſſe
imbecilliores. Cha. minime ſed res uidetur perdiffici-

lis

lis factu. Mer. Obtuſo es ingenio Charon & imperitꝰ
minimeqꝫ poeticus: nam homerus poeta celeberrimꝰ
duobus uerſibus aſcenſum nobis facit in cœlum adeo
facile montes montibus ſuperimponit: Et miror ſi ti-
bi hæc monſtra uidentur qui Atlanta cognoueris qui
ſolus cœlum ſuſtinet & quæ in cœlo ſunt omnia. ſed
ut Atlas ab eo aliquando labore qeſceret aſſerūt Her
culem fratrem illi tantæ moli ſuppoſuiſſe caput. Cha
Ego iſta audiui o Mercuri ſed an uera ſint nec ne noſti
tu & Poetę. nos negotium noſtrum peragamus. Mer
Veriſſima ſunt o Charon nec ſapientiſſimos homines
iſta finxiſſe exiſtimes. Itaqꝫ oſſā ſummoueamꝰ prius
ueluti homerus Architectus egregius nos admonet
carminibus: & ſuper Oſſam Pelion frondoſum. Vi-
des ne q̄ facile ac poetice confecimus hanc fabricā? Eia
igitur aſcendam ut uideam ſatis ne hoc ſit an adhuc æ-
dificare oportet. papę i loco humili ac depreſſo adhuc
ſumuſ: nanqꝫ ab oriente uix Ionia lydiaqꝫ uidētur: ab
occaſu ſolum Italia & ſicilia. Ab Aquilone hiſter. ab
Auſtro Creta: nec illa bene apparet: Quarē oetam quo
qꝫ nobis ſummouendum eſt: ac ſupra omnes Parnaſū
ipſum poni oportet. Cha. ita faciamus: ſed uide ne ſu
pramodum opus extollentes una cum illo ruamus:
Amaramqꝫ homeri fabricam perfractis ceruicibus ex
periamur. Mer. confide in tuto cūcta conſiſtent: trāſ
fer oetam: ſuper īpone olympum. Cha. En tibi. Mer.
Aſcēdo rurſus: bene ſeſe res habet. omnia uideo: aſcē
de iam. Cha. Porrige dextram o Mercuri: non enim

paruam iubes molem aſcẽdere. Mer. Si omnia o Charon cupis cognoſcere: nequaq̃ ſimul hæc duo: ut tut9 ſis & ſpectandi cupidus. tene dextram: caue ponas in lubrico pedem. O factum bene aſcendiſti & tu: quia Parnaſus biceps eſt comprehendamus utrunq; uerticem: ut ſedentes cuncta queamus aſpicere: circũſpice iam totum terrarum orbem. Cha. Video terram amplam a ſtagno quodam peringenti circundatam. Video montes: flumina: quæ & Cocyto ſunt & Phlegethonte maiora: homines etiam puſillos: & eorum quaſi quoſdam nidulos. Mer. Vrbes illę quidem o Charõ quas tu nidos appellas. Cha. Nequicq̃ o Mercuri elaboraſſe nos uideo: & Parnaſum cum Caſtalio fonte: Oetamq; & montes alios trãſtuliſſe. Mer. Quamob rem? Cha. Quia non ueni ut montes fluminaq; proſpicerem: ſed cupiens res hominum actuſq; cognoſcere: quod tibi ſcire tunc licuit: quando ridenti mihi factus obuiam: cur ita effuſe riderem interrogaſti. Audi ueram enim quempiam atq; ideo ſupra modum ſum lætatus. Mere Quid nam id erat? Cha. Vocatus quidam ab amico: ad cœnam arbitror: cras inquit ueniã: ac inter dicendum a tegula: quæ e tecto decidit: neſcio quomodo ex ædificio occiſus eſt: hoc cum aſpexi: riſi uæhementer: quia quod promiſerar præſtare miſer nõ potuit. Sed uolo diſcedere: ut longe plura & audiam & uideam. M er. Mane. Leuabo ego te huiuſmodi cura: lynceumq; breui efficiam: cum ab Homero quædam: & incantationem: quæ ad id accommodetur ac-

cras venturus [illegible] [illegible] . [illegible] [illegible]

cepero: atq; interim dum dico carmina memineris nõ
te adhuc uiſu hebeti cernere: uerum aperte uidere om
nia. Cha. dic modo. Mer. Iam ex oculis ãmoui caligi-
nem ut bene cognoſcas & deum & hominem. Cha. q̄d
eſt? Mer. Iam uides. Cha. Lynceus ille præ me tãq̄ cæ
cus admodum. Itaq; tu me doce ac reſponde interro-
ganti: ſed uis ut & ego homerice interrogem? ut ſcias
& me non ignarum eſſe Homeri. Mer. Tu remo & na
ui ſemper incumbens noſti Homerum? Cha. Noli ar
tem nauigandi deridere quod te haud quaq̄ decet: ſed
q; illum probe norim huic ſcire maxime potes. nam p
Acheronta cum illum naui tranſueherem orta tempe
ſtate illos uerſus canere cœpit quibus infauſtum uaui
gãtibus iter deſcribit. Neptunus nubes collegit: atq;
ab imis ſedibus mare totum commouit trifido triden
te: omnibuſq; procellis: hæc & multa alia cum caneret
unda uæhementiore turbine concita puppim repente
irruit: illiuſq; pene euertit ui carminum. Cumq; nauſe
aret ille multa euomuit carmina de Scylla Carybdi &
Cyclope: non mirum igitur ſi ex tanta uomitione pau
ca aſſeruaui. Sed dicas mihi uelim: quis nam ſit ille uir
nequam qui tanta carne ſuffultus forma & corporis
magnitudine decorus uertice ſupereminet cæteros.
Mer. Ille eſt Milo Crotoniates: cuius de laudibus
uniuerſa pene Græcia reboat quod uiuum taurum in
medio ſtadio arripuit: atq; humeris tulit. Charon.
Quanto ego maiore dignus ſum præconio? Qui
paulo poſt Molonem ipſum corripiens imponam

ſupra ſcaphidium meum: qui cum ſe proſtractum ab iectumq; uidebit: palmarum ac laudum ſuarum memor ualde plorabit. Nunc quia Taurum humeris in ſtadio ſuſtinet nunquid exiſtimamus putare ſe ad noſ aliquando eſſe uenturum? Mer. In tanto corporis robore non cadit cogitatio mortis. Cha. O mittamus in pręſentia riſum quem dum nauigabimus Milo nobis abunde præſtabit: quum non ſolum taurum: ſed ne culicem quidem ſuſtinere poterit. At quis ille ſpecie & forma honeſtus nō græcus ceu ex ipſo habitu apparet? Mer. Cyrus o Charon filius Cambyſis quia Medis in perſas imperium ttrāſtulit: quiq; nuper deuicit aſſyrios: ac Babylonem redegit ī ditionem ſuam & nūc lydiam petit: Crœſumq; regno priuaturus uidetur futurus omnium princeps. Cha. Vbi nam Crœſus ille. Mer. Coniice oculos ad magnam illam: altāq; urbem triplici muro circundatam: ſardis illæ ſunt. Eſt item ille Crœſus qui aureo ſtrato recumbens uerba facit cum Solōe athenienſi philoſopho: uolumus ne quid inter ſe confabulantur audire? Cha. Quidni. Crœſus. Attice hoſpes uidiſti ne diuitias & theſauros meos & quantum non ſignati argenti: atq; auri & q̄ multæ mihi ſint opes? dic mihi quem ante omnis homines eſſe putas fœliciorem? Cha. Quid reſpōdebit Solō? Mer. Sis aīo bono nō dicet qcq̄ hūile: atq; plebeiū o Charō. Solō. Perpauci qdē o Crœſe fœliceſ: Ex iis quos ipſe noui. Cleobī ac Bytonē puto fœliciſſimos extitiſſe ſacerdotis filios. Cha. Narrat hic oriun-

I robore nō cadit cogitatio mortis

Croesi et Solonis cōfabulatio

dos argis qui iugo colla ſumiſſi ſtati poſtq̃ ad iunonis ędem. Mrem ſacerdotem plauſtro ipoſitã ptraxerunt una Ambo interiere. Croe habeant illi prias partes fœlicitatis dic age quis eſt ſecundus. Solon. Athenienſis Tellus q bene beateq; uixit atq; p patria mortuus eſt. Croe. Ego uero o ſceleſte tibi fœlix eſſe non uideor? Solon. Nõdum ſcio o Crœſe: niſi ad finem uſq; uitæ pueneris: nã quod quis i uita fortunatiſſimus fuerit mors eſt argumentũ certiſſimũ. Cha. Optime reſpondiſti o Solon quoniã non es nr̃i imemor. niſi nos cymba nr̃a uexerimus non putas poſſe fieri hoꝝ ueꝝ iudiciũ. ſed qui ſunt quos Creſſus emittit? quid ue ſupra humeros ferunt? Mer. lateres pythio apollini aureos dono mittit Mercede oraculi quo morietur breui. eſt pfecto uatũ perq̃ ſtudioſ9. Cha. Illud ẽ igitur auꝝ ſplendidũq; atq; ſuppalidũ: nũc primũ uidi & ſi audiui ſp. Mer. illd quidẽ o Charon claꝝ noĩe p quo inter hoĩes pugnatur aſſidue. Cha. nihil ineſſe boni in eo uideo niſi forte illd ſolũ qd' portantes aggrauat. Mer. Neſcis adhuc quot apud inſanos homines ppter auꝝ bella: Inſidię: latrocinia: periuria: Cædeſ: Vincula: quot item longe nauigatiões: quot ad emendũ uẽdendũ ue itinera: quot ſeruitia fiant o Charon. Cha. nõ tamen o Mercuri multũ ad ære differt auꝝ: æs. n. ego noui quãdo (ut ſcis a ſingulis quibuſq; quos cymba prætereueho accipio obolum. Mer. Ita eſt certe. ſed æris magna eſt copia atq; ob id non eſt curæ mortalibus. Aurum uero eſt q̃ rariſſimum quod ex terræ uiſceribus effodiunt: non. n. niſi e terra eſt aurum ut plumbum & cætera metalla.

i auro n̄ boni.

Cha. Extremã hominum dicis inſaniã: qui rem palli-
dam pergrauemq̃ ita diſcupiunt: amantq; uehemen-
ter. Mer at ille Solon o Charon aſpernatur auꝝ crœſũ
q; & barbari iactantiam (ut cernis) deridet: & mihi q
dem tale qnid dicturus uidetnr. Cha. Audiamus igi-
tur. Solon. Dic mihi o Crœſe putas ne Apollinẽ hiſce
ĩdigere lateribꝰ? Crœſus. certe per Iouem. non eſt eĩm
Delphis tale quid munꝰ. Solon. igitur Beatiorem exi
ſtimas uidere deum ſi ũa cum cęteris aureos habeat la
teres? Croe. Quare non? Solon ingentem dicis o Crœ
ſe in cælo penuriam ſi ex Lydia tranſmiti aurum ad ſe
cupiãnt cœlicolæ Crœ. Vbinam tantum auri quan-
tum eſt apud noſ? Solon. Dic mihi naſcitur ne ferrum
in lydia? Crœ. non. Solon. melioris igitur indiga eſt
lydia. Crœ. quomodo ferrum eſt auro præſtãtiꝰ? So-
lon. Scies utiq; ſi reſpondere non fuerit graue. Crœ p-
contare quicquid placet o Solõ. Solon. Vtrum qui ſa
lutem aliis afferunt an qui efficiuntur ſalui meliorem?
Crœ. q ſaluoſ alios faciunt. Solon. Si ergo cyrus (ut
dicunt non nulli) aggrediatur lydos aureos ne tu gla
dios militibus feceris an erit opus ferro? Crœſus. fer-
ro certe. Solõ. Et niſi ferrum paraueris tuum auru m
captiuũ migrabit ĩ perſas. Crœ. non inficias eo o So
lon: Solon. abſit ferrum enim auro meliuſ eſſe uideriſ
concedere. Crœ. Iubes ne igitur ut & deo ex ferro late
res mittam? utq; aurum in poſterum rurſus ĩplorem?
Solon. neq; ferro illi opus eſt ſiue æs ſiue aurum dono
mittas: alii prof. cto aliquando poſſidebunt & lucrũ

dederis hiſce muneribus. aut phocenſibuſ aut delphiſ aut boetiis ipſis aut tyranno cuipiam aut latroni. deo autem paruæ curę eſt aurum tuum. Croe. Semper me cum altercas propter diuitias: mihiq; inuides. Mer. ægre fert Lydus o Charon audaciam uerborum & ueritatem: Verum dura res ei eſſe uidetur homo pauper qui nihil timet ſed quod adeſt libere loquitur. At uero Solonis breui meminerit: quando ipſum captiuum ĩponi ſupra rogum cyro iubente oportebit. Audiui enim dudum Clotho uniuſcuiuſq; fila recenſentem ubi cum multa tum hæc inſcripta erant. Crœſum a Cyro captum iri: Cyrũ uero ipſum a Maſſagetide illa eſſe occidẽdum. Vides ne Sitidem illam in equo albo agentem? Cha. Video certe. Mer. Ea eſt Tomyris quæ abſciſum a ſe Cyri caput in utrem iniiciet plenum ſanguine. Vides ne ipſius etiam cyri filium adoleſcentem? Ille eſt Ccambyſes qui patri ſuccedet in regnum. Cumq; milies in libya æthiopiaq; errauerit poſtremo furenſ interfecerit apia: ipſe peribit. Cha. o rẽ Cachino dignã ſed quis ipſos nunc intueri queat aſpernãtes alios? ſiue quis crederet unq̃ quod paulo poſt hic erit captiuus? Illius uero caput erit ĩ utre pleno ſanguinis: Ille uero o Mercuri q̃s eſt purpurea ueſte ĩdutus cũ diademate cui reddit anulũ coqu⁹ exenterato piſce: In ãphi rete ĩſula. Quendã uõ ſe eſſe regẽ oſtentat. Mer. diciſ optime o Charõ uer℞ Polycratẽ uides ſamio℞ tyrãnũ q̃ ſe putat eſſe fortunatiſſimum oĩum. ſed ipſe etiam a

Menandro ſeruo Oretæ Satrapæ hoſti traditus cruci affigetur miſer qui ex tãta fœlicitate tã breui deciderit &. n. hæc dum Clotho fila recenſet accepi. Cha. admiror te Generoſa Clotho eoſ ipſos o optima obtrunca hoꝝ capita abſcinde: crucifige ut cognoſcant quod homines ſunt rolluntq; in altũ ut lapſu grauiorẽs ruãt: itaq; magis doleant. Ego uero ridebo quando ununquẽq; eorum nudum in nouero in ſcaphidio neq; purpurã neq; tiaram: aureum ue lectum afferẽtem. Mer. Et horum quid eſt ſic ſeſe res habeant ſed populos cernis ne o Charon quorum hi nauigant hi bella gerũt hi pro tribunali cognoſcunt cauſas: hi agros colunt hi fœnerantur hi ſunt una littera pluſq̃ medici? Cha. Video ſane populos uarios: uitamq; hominum tumultu atq; erroribus plenam & ipſorum urbes aluearibus ſimiles ĩ quibus ſuum quiſq; habet Aculeum & proximũ quẽq; pungit. Pauci uero quidem agunt ac ferũt hũmi'iorem ut neſpe. ſed hæc turba quæ ipſos circumuolat palam: qui ſũt? Mer. Spes o Charon & ĩſania & uoluptates & auaritia & ira & odiũ & id genus cętera: Quibus cũ ignorãtia q̃dẽ ĩmiſta eſt ſimulq; uerſatur. Et p Iouẽ etiã odium: ira: zelotipia: Inſcitia: Indigentia: Auaritia: Sed eorum qui ſuprauolitãt timor quidem irruens percutit & perterret interdum: Spes uero imminẽtes capiti cum maxime ſperant homines obliuiſcũtur ipſoꝝ & euaneſcunt: ipſoſq; hianteſ deſerunt & fruſtrãtur ut unda Tantalum: quem uides apud inferos excruciari. ſi uero acrius intuearris uidebiſ parcas ſua cuiq; ſtamina trahere ac tenuiſſimis omnes ceu arachnæ

Vrbes aluearibus ſimiles

Spes. ĩſania. uolupt. auar. ira. odiũ qui circũuolant hoĩes

alligatos filis pendere. Cha. Video optime tenuiſſimum quodq; filum multaq; perplexa tum uni tũ alii ſupra caput. Mer. Digne ac merito o portitor: eſt enĩ ĩ fatis ut ille ab hoc: atq; ab illo hic uita priuetur: & hic illius ille huius fiant hæredes: & cui anguſta ſæpes eſt is locupletis bona conſequatur: hoc autem perplexitas illa ſignificat. Nonne uides omnes tenui quodam pendere filo? & hic quidem in ſublime tollitur: at paulo poſt perfracto filo: quandoquidem pondus perferre amplius haud quaq̃ poteſt: ingenti ſonitu ruit præceps: hic uero pauliſper ab humo ſublatus ſi cadat nullus fiet ſtrepitus: uixq; a uicinis propioribus audietur caſus. Cha. Valde hæc ridicula o Mercuri & plena inſaniæ. Mer. Atqui nõ poſſes unq̃ dicere pro dignitate ſatis hæc eſſe ridicula & maxime cum ſummo iſta ſtudio exquirant homines: quæ dum ſequuntur mors optima eos arripit: cuius nuntii & miniſtri ualde multi (ut uides) febres uariæ uomicæ: pulmonaria: gladii: latrocinia: aconita: iudices: tyrãni: quorum nihil unq̃ eis uenit in mentem ut benefaciant. Verum cum ĩ hos incidunt caſus: tunc frequens illud heu: heu: ah: o: hei hui: q̃ ſi ab initio conſiderarent ſe eſſe mortales: breuiſſimamq; eſſe uitam hominibus datam tanq̃ e ſomno e uita diſcederẽt terrenis omnibus derelictis: uiuerẽtq; prudentius: atq; obeuntes mortem longe minus dolerent. Sed quia putant ſe ab his rebus nunq̃ poſſe auelli quando mortis miniſter adeſt uocatq;: & febri uomicans abducit enectos q̃plurimum dolent & conquerũtur e uita excedere: qui nunq̃ priuatum iri ſe terrenis &

omia in fatis

Mortis miniſtri

Mortis cogitatio

caducis rebus exiſtimabãt: qui ſummo ſtudio curaq; ædificat: inquietatq; operarios: faceret ne ſi ſe domum non habitaturum: ſed perfecta illa ſtatim moriturum hærediq; relicturum: nec ſemel quidem in ea cœnaturum cognoſceret miſer? Alius autem o Charon quia filium peperit uxor: in cõuiuiumq; amicos conuocat: atq; patris nomen imponit: ſi ſciret mendicum interiturum eſſe filiũ. uidetur ne tibi eo filio gauiſurus? ſed cauſa eſt quia patrem Athletæ gaudio ſummo affici uidet: quoniam ex olympico certamine uictor domum redierit filius. Vicinum autem filii efferẽtem funus nõ uidet: ignorat quali etiam ipſius filius ſtamine pendeat. Qui uero de agrorum finibus litigant quiq; ut ſibi pecuniam congregent: nunq̃ quieſcunt quales ſint uides: qui priuſq̃ partis potiri cœperint: ex iis: quos prędixi nuntiis ac miniſtris mortis arripiuntur: abducunturq; ad ĩferos. Cha. Omnia certe uideo: mecũq; ipſe conſidero: quid dulce illis in uita ſit: quidue ſit illud quo tantum doleant lugeantq; priuati: Nam ſi reges eos ſecum quis cogitet: qui fœliciſſimi eſſe omnium uideãtur in uita præter incertã ambiguãq;(ut aiunt) regum fortunam plura eſſe illis amara q̃ dulcia inueniet metus: tumultus: odia: inſidias: iras: adulationes. horum enĩ omnes ſunt participes: prætereo luctus: morbos: paſſiones honorum æqualium: quæ ipſis imperant & dominantur. Nondum enim tempus ut hæc qualia ſint in priuatis hominibus connumeremus. Dicam tibi igitur o Mercuri cui nam ſimiles eſſe homĩes putem: uitãq; eorum omnem. Vidiſti ne unq̃ ampul

las in aquis repentinis himbribus generatas? dico infla
tiones ex quibus cogitur ſpuma? Sunt enim ex illis nõ
nullæ paruæ ſtatimq; ortæ euaneſcunt. Aliæ paulo du
rant diutius: quæ aliis ſuperuenientibus in magnum
tumorem excreſcunt: ſed tamen & illæ extinguuntur
penitus. aliter enim fieri non poteſt. Talis eſt hominũ
uita: omnes enim uitali aura tumentes hi maiore qui-
dem. Alii uero minore atq; his quidem anguſta eſt ui-
ta auraq; cito interitura. Hi uero una cum eſſe cœperint
extinguntur. Omnibus tamen moriendum eſt. Mer.
Non minus propriam ſimilitudinem q̃ Homerus: fe
ciſti o Charon qui foliis humanum comparat genus:
Cha. Atq; cum breuiſſima ſit uita hominis: quid agãt
uides: & quemadmodum alter alterum in principatu
honoribus: diuitiis: & cæteris generis eiuſdem ſupera
re pro uiribus expetit. quibus omnibꝰ derelictis opor
tebit eos unum duntaxat habentes obolum proficiſci
ad Charonem. Et quoniam in excelſo ſumus loco: uis
ut exclamans peringenti uoce ipſos admoneam: ut ab
inſanis abſtineant laboribus: ac modeſte & quieto ui-
uant animo: mortem præpculis ſempcr habentes: Di
cam o ſtulti qui inſanitis in rebus uanis: quid tanta ani
mi inquietudine deliratis? quieſcite iam: abſtinete ina-
nium laborum. non enim uiuetis ſemper: eorum quæ
iſtic ſunt non eſt quicq̃ æternum: non aliquid moriens
quiſpiã ſecũ affert nudum proficiſci neceſſe eſt: domũ
uero & agrum atq; auꝝ modo hoꝝ modo illorum eſſe
& tranſmutare identidem oportet dominos ſi hæc &
huiuſmodi ex ſublimi hoc loco illis clamabo. nonne

Sepulchra

exiſtimas uitæ admodum utile: multoq; ſapientiores futurum. Mer. O fortunate Charon neſcis quanta ſit illis ignorantia: quantus error: ut ne terebella quidem eorum aperire aure. queas: tanta illas cera concluſerũt quanta ſociorum aures Vlyſſes ſyrenum meruens dulcis cantus. Vude igitur illi ſi rumperis etiam clamans poſſent audire? Quod lethe apud nos: apud homines ignorantia poteſt. Sunt tamen ex ipſis pauci qui aureſ cera non occluſerunt: ueritatiq; acquieſcunt & res humanas acute perſpiciunt: atq; quales ſint haud faciunt pili. Cha. Illis igitur exclamem9. Mer. ſuperuacuum & hoc: ut illis quæ optime norint inculces. Nonne uides ut abſtinentes multa quæ fiunt derident: & nequaq̃ eis placent. Sed certum eſt eos ſecundum nos de uitæ curriculo iam conſulere. Habentur enim odio ignorantiam eorum coarguentes. Cha. Euge o generoſe. Sed perpauci ſnnt o Mercuri. Mer. Sunt & hi multi. ſed iam deſcendamus. Cha. A dhuc unum ſcire cupio o Mercuri: cum illud oſtenderis a te mihi cumulatiſſime ſatiſfactum fuiſſe fatebor. Vbi nam corporum apothecas effodiunt ſcire uelim. Mer. Monumenta o Charon & tumbas tumuloſq; & ſepulchra hæc uocãt homines: ueruntamen cernis ne ante urbes aggeres illos ac ſtatuas & pyramides? Mortuorum thecæ ſunt omnia & Sarcophagi. Cha. Q uid igitur illi coronant ſaxa atq; unguẽto illinunt? Q uid ueto ante tumulos ſtructa pyra foueaq; effoſſa: lautas ibi adolent cœnas uinum effundentes ac melicratum. Mer. neſcio o Charon quid proſint hæc iis qui deſcenderunt ad inferos.

Sed credunt eas animas circũuolantes nidorem uicti
mæ fumumq; delibare: & a fouea bibere melicratum.
Charon. Illos bibere & comeſſe qui oſſa ſunt ſicca & ꝑ
arida ridiculus ſane tibi uideor iſta commemorãs qui
quottidie agas eorũ animas. Noſti enim an qui ſemel
ſunt ſepulti redire ad ſuperos queant. Præterea ego o
Mercuri q̃ plurimis negotiis impeditus cachino digna
perferrem ſi me non ſemel illos ſed iterum deducere o-
porteret. O ſtulti qui ignoratis quid inter mortuos ui
uoſq; interſit: & qualia ſint ea quæ nos habemus: & ꝙ
Nil inhumatus eo differt qui rite ſepultus:
Atq; eadem atridæ & fortuna binominis hyri:
Non eſt deformi Therſite maior Achilles:
Aeque imbecillum miſeris caput omnibus: æque
Nudi omnes: arent herboſa ut prata calore.
Mer. Optime Homerum adducis o Charon: & quia
id meminiſti ſepulchrum tibi Achillis oſtendam: ui-
deſne illud in littore apud Troianum Sigeum: e regio
ne uero in rheteo Aiax ſepultus eſt. Cha. Parua illa qui
dem ſunt o Mercuri ſepulchra. Sed iam celeberrimas
urbes: quas audimus oſtendas mihi uelim: & quæ ni-
ni fuit: quæq; Sardanapali: Babylona: mycenas: cleo-
nas: ipſamq; Iliõ: permultas equidem memini ut qui
decẽ totos annos trãſuectari illinc ad nos ꝓfectas aĩas
ut nõ modo nõ diſcedere unq̃: ſed ne ſentinã q̄dem ex-
haurire potuerim. Mer. Nini q̄dem o portitor deleta
eſt penitus: ut ne ueſtigiũ q̄dem appareat: neq; locum
ubinam fuerit poſſis oſtendere. Illa uero ẽ Babylõ be-
ne turrita ac muris cincta q̃ latiſſimis: uerũ & ipſa pau

lopoſt(ut Nini)penitus delebitur: Mycenas uero cle
onaſq; pudet oſtendere: atq; iliũ maxime ſuffocabis
ſcio cũ deſcenderis Homeꝝ qui urbes iſtas ita illuſtra
uerit carminibus: uerũtamen olim fuere illæ fœlices:
nunc & ipſæ interiere: nã ipſæ quoq; urbes o portitor:
ut homines pereunt: & quod uix credas flumina ẽt poi-
no extinguntur. Nam Inachi ne alueus quidem reli-
ctus eſt apud argos. Papæ homere hiſce laudib9 & no
minibus ſacra Ilios & latiuia: beneq; ædificatæ Cleonę
ſed dum loquimur qui ſunt illi qui bella gerũt uel quã
ob cãm ſe inuicem interficiunt mutuiſq; uulneribus?
Mer. Argiui & lacedæmonii ſunt o Charon. Ille uero
exanimatus ac ſemimortu9 eſt Othryades imperator
qui ſuo nomini tropæum aſcribit. Cha. Quare eſt in
ter ipſos bellum o Mercuri? Mer. Propter campum
ipſum in quo præliantur. Cha. O ſummam dementiã
o ſtultiſſimos homines: o cæcũ humanũ genus. Neſci
unt miſeri ꝙ ſi totã ipſoꝝ qſq; poſſideret peloponeſũ
uix pedalé accipet ab Aeaco locũ. Cãpũ uero ipſũ alii
atq; alii ſæpe colent agricolæ q funditus tropæũ aratro
euertent. Mer. Ita qdẽ hæc futura ſunt o Charon. nos
uero iã deſcendam9: mõteſq; deſtruentes rurſus in lo-
cũ ſuũ trãſmutem9 ac abeam9: ego qdẽ quo miſſus ſũ
tu uero ad porthmeũ & cymbã. ueniã ãt paulopoſt &
ipſe agens mortuos. Cha. Feciſti ꝓbe o Mercuri: ſane
tuũ hoc in me beneficiũ nulla unq̃ delebit obliuio. Di
dici. n. te duce quales ſunt res infœliciũ hoium: oſten-
diſti reges: lateres aureos: ſolemnia ſacrificia: pugnas
Sed de Charone nullus unq̃ ſermo.

q Vid hoc o Alexãder: & tu quoq; e uita migraſti: quẽadmodũ & nos oẽs. Al. Miraris o diogenes haud q̄q̄ admiratõe dignũ: ſi hõ cũ eſſem mortu9 ſũ. Dio. Ammõ igitur mentitus ẽ te qũũ ſuũ eſſe filiũ fateretur. Al. Eqdem Philippi ſũ ꝑfecto. nõ.n. e uita deceſſiſſem ſi Ammõis fuiſſem fili9. Dio. Quippe olympiadẽ in cubiculo draconẽ cõueniſſe aſſeuerabat. Inde ex ipſo te pepiſſe Philippũ uero ſũmope decipi cũ putaret te ſuũ eſſe filiũ. Al. At egomet eadem audiui ſicut & tu. Hac uero tempeſtate plucide ĩtelligo ꝙ nihil ſani neq; mater ipſa: neq; ãmonii uates profitebantur: Dio. Sed ipſorum mendacium non inutile tibi ad res gerendas fuit o Alexander deterrebantur enim q̄plurimi te deum eſſe putãtes: dic mihi amabo: cui tam ingens reliquiſti imperium? Ale. Latet me o Diogenes: quum circa hæc cogitare nihil potuerim præter id ſolum ꝙ moriendo perdicæ annulum tradidi. Sed tu quæſo cur rides o Diogenes? Dio. Quid autem aliud eſt q̄ ꝙ in mente deuenerunt: quæ græci (iã non diu eſt) blandientes egerunt quum te præſidem: & aduerſus barbaros imperatorem deligerent. Quidam uero & te duodecim diis quum adderent templũ ædificarunt ac ſacrificia tanq̄ draconis filio obtulerunt Verum dicas quæſo qua in parte te Macedones ſepelierunt. Alex. Babyloniæ iaceo tres modo iam dies: Sed Ptolomæus armiger meus pollicitus eſt ſi contingat ab impediente eum tumultu ocium ducere:

nie in ęgyptũ deferre: ibiq; accuratiſſime ſepelire tanq̃ unũ ex ægyptiorũ diis. Dio. Nõ igitur ridebo o Alexã der quũ cernã te in inferno adeſſe: & adhuc ĩſanire ſpe rareq; Oſiridẽ aut aminidẽ fieri? Sed hoc idẽ o diuiniſ ſime ne ſperes cũ nephas ſit & illis q ſemel paludẽ trãſ fretarunt ut redeat aliquis aut qui infra ipſius os trãſie rit. Nõ.n. ſegnis eſt Eacus: nõ cerberus cõtẽnẽdus. ue rũ ego id abs te plibẽtiſſime audirẽ quo aio fers te quũ ĩtelligas tantã in terra reliquiſſe fœlicitatẽ corporis cu ſtodes: defenſores: milites: auri tãtã copiã: te gẽtes in numeras uenerãtes Babyloniã: Bactra: ĩgẽtes beſtias honorẽ: gloriã inſignẽ eẽ: ac opa ſũmo ſtudio dãte: ut & tuũ caput ſplẽdida corona & corpus regia purpura ornetur. Nonne triſtãt te hæc quũ in memoriã redeũt: cur fles o ſtulte. Nõne Ariſtoteles ille ſapiẽs te res hu iuſmodi docuit? nõ firma: nõ ſtabilia fore quæ fortuitu fiũt? Al. Sapiẽs ille oĩum q fuit adulatorũ pditiſſimus Me tãtũ mitte quæ ariſtotelis ſũt ſcire quæ a me poſcit quæ iubebat: quo adhuc pacto erga diſciplinã meam uſus eſt diligentia: & cõmẽdans, & blãdiẽs nunc quidẽ ex fortuna tanq̃ ipſa pars ſũmi boni exiſteret. nũc autẽ ex reb9 geſtis aut diuitiis quæ rurſus & partẽ ſũmi bo ni eẽ affirmabat: ut & ipſe met accipiẽdo nõ erubeſce ret. Homo o Diogenes deceptor atq; ueneficus. nẽpe niſi triſtitiã ex eius adeptus ſum ſapiẽtia queẽadmodũ ex bonis illis quæ deinceps ego apud me nõ cõnumera bo. Dio. Scias deniq; uelim qd acturus ſis. Medicinã n. huiuſcemodi triſtitiæ imponã. hoc in loco quũ ele boris ualitudo nõ uagetur. Tu uero obliuiõis aquam

diripiens q̃ auidiſſime bibe: & rurſus bibe: & q̃ ſæpiſſime. hoc. n. pacto de ariſtotelicis demũ bonis quã hẽs triſtitiã maxime interimes. Cæterꝝ & Clitũ illũ: & Caliſtenẽ cerno: q & qbuſdã cũ aliis in te ĩpetũ ferũt: quo te in primis lacerẽt: ac de his quæ in eos egiſti ulciſcantur quãobrem alterã tu hãc uiã deambula: & ſæpe quẽadmodum dixi bibe.

Luciani Terpſion locutores. Ter. Plu. Terpſion.

VStũ ne hoc ẽ o Pluto me qdẽ e uita obiiſſe xxx. quũ ſim annoꝝ. Tucritũ uero ſenẽ ſeptuagenariũ & ultra adhuc uiuere? Plu. Iuſtiſſimũ qdẽ o terpſio: nã & ſi ipſe uiuit ad nullius tãtũ mortẽ affectus ẽ: tu uero oĩ tpe ſuã hereditatẽ expectãs eũ mori auidiſſime cupiebas. Ter. Nonne op9 fuerat quũ ſenex ſit nequeatq; de cętero eius uti diuitiis locũ dare iuuenib9. Plu. Nouas o Terpſio ſtatuis leges quũ ad uoluptatẽ diuitiis uti neq̃at ipſũ e uita decedere. Aliter ãt & ipſã ſortẽ de eo & nr̃am ſtatuiſſe ur̃. Ter. Hac de cã huiuſcemodi accuſo ordinẽ. op9 n. foret eas res ſucceſſiõe graduq; fieri: ſenẽ prio: deĩde q in ea ætate ſequeretur mori: haud q̃q̃ ſe exercere aut uiuere ex ſenecta põt: tres dũtaxat dẽtes illi relicti ſũt. uix deſeruiũt oculi: curuat9 a quattuor famulis deducitur deguttãtes nares: lipposq; oculos habẽs: nihil deniq; uoluptatis deguſtãs: haud aliter exiſtẽs q̃ aĩatum quodã ſepulchꝝ ab ipſa iuuẽtute deriſũ. Vt moriatur optimi atq; robuſtiſſimi adoleſcẽtes haud ſec9 id eẽ ur̃ ac ſi flumĩa ſurſũ deferãtur. Aut ſaltẽ ſcire neceſſe foret q̃do & ſenib9 qlibet obiret ne aliquos ꝓut eis mos eſt

aiatu ſepulchrum

fallerent: q̄ppe in præſentia eſt illud ꝓuerbii ut aiunt: Quadriga bouē ſæpiſſime ducit. Pl. Hæc q̄dē o Terpſio prudētius fiūt q̄ tibi ꝑfecto uideātur: uerꝝ & uos quid paſſi eſtis? rebus. n. alienis gaudetis dū ſenib9 filiis orbatis uoſmet tātope tradatis: q̄obrē in deriſū adducti ab illis ſepelimini: q̄ꝓ q̄dē plurimis fit ꝑiucūdū. Nā q̄to uos magis illos mori poptatis: tāto plus oib9 q̄ gratiſſimū eſt ſi ante eos uos mori cōtingat. &. n. nouā q̄dā in mediū adducitis artē uetuſtos atq3 decrepitos quū amatis p̄ſertim q̄dē ſi liberis ſunt orbati: q uero liberos hēnt illoꝝ uobis non eſt cura: q̄ q̄ ex his q amātur plurimi: minime uero ignari aſtu ſi eis liberos eē cōtigat: illos odiſſe diſſimulāt: ut & ipſi hēant amatores. Inde his ī teſtō excluſis q munera diutiſſime obtulerūt liberi ſicuti q fecto dignū eſt oēm eoꝝ ſubſtātiā cōſequūtur. At illi triſtitia affecti: ſuaq3 ſpe deluſi dētib9 fremūt. Ter. Oia hæc uera ſūt quæ autumas ex meis q̄ta tucrit9 quū ſp eū mori putarē. Introducebat. n. me dū in anguſtia poſit9 eēt: atq3 ſub uelamine quodā tanq̄ ex ouo pullus īpfect9 garrulabat. Vnde q̄to citi9 eū ad ſepulchrū duci exiſtimabā tāto plus mea me fallebat opinio: quū ſemp magis atq3 magis ſe differre pararet & ne ii q in amore cōcurrebāt muneribus me præclaris uīcerēt plurima ſollicitudine excitat9 iacebā ſingula enumerās atq3 diſponēs: quæ deniq3 ſollicitudīes uigiliæq3 cā mei fuerūt interit9. Is tādē adeo mihi hamū dilacerātē īpreſſit: ut prius me deridens ſepulchro traderet. Pl. Euge o Tucrite diutiſſime uiuas una & diuitiis abūdās & huiuſcemodi hoīes deridēs: neq3 pri9

Heredipetas

moriaris q̄ hos blāditores cūctos prȩmittas. Terhoc.
qdē o Pluto piucūdiſſimū mihi foret ſi ante Tucritū
Careados uita decederet. Pl. Boni aīſis o terpſio & Phi
do ēt: & melanthus: & oēs penitus ipſū præcedent: &
ipſiſmet ut prædiximus curis. hæc ego ſummopere cō
mendo. o Tucrite diutiſſime uiuas

Luciani Her. locutores. Dio. Her. Diogenes.

Vnqd Hercules ipſe ē? haud qſq̄ me hercule
n ali9 arc9 claua pellis leonina: magnitudo ipſa
tot9 deniq; Hercules ē. igr̄ e uita deceſſit q Io
uis fuerat fili9? dic quȩſo o prȩclariſſime mortu9 ne es
Ego. n. quū terræ ſupeſſem tibi haud ſecus q̄ deo ſacri
ficaui. Her. Recte qppe ſacrificaſti: Hercules. n. ipſe
in cœlo una cū diis īmortalib9 cōſiſtit. Ebē apud ſe ha
bēs crurib9 formoſiſſimā. Ego uero q te alloquor ſua
ſū umbra. Dio. Quidnā dicis amabo umbra ipſi9 dei
Her. Fieri. n. poteſt altera eum ex parte deum eſſe. Al
tera uita deceſſiſſe. Dio. Vtiq;. Her. Ille enim nequaq̄
mortuus eſt: Sed ego duntaxat: qui ſuiſum imago.
Dio. perpendo nunc peroptime: te ipſum pro ſua uiri
li parte Plutoni tradidiſſe. Her. Sic res ſe habet. Dio.
Quo pacto igitur calidiſſimus quum ſit Aeacus te eū
nequaq̄ eſſe non nouit. Sed admiſit tanquā ſubindu
ctum Herculem? Her. Quoniam ſibi ſum pquā ſimi
lis. Dio. Vera autumas. nā ita pſimilis: ut ille ipſe ſis
Caueas igitur ne cōtra ſit: tu quidem Hercules exiſtas
Imago uero apud deos immortales Ebem in uxorem
duxerit. Her. Audax nimiū es atq; loquax: & niſi ab
argutiis quas in me intuliſti deſinas: ſenties q̄ primum

qualis dei imago ſim. arcus. n. nudus eſt atq; paratus.
Dio. Cur aũt de cætero te timeã quũ ſemel mortu9 ſis
Sed per tuum Herculem dic quæſo: dum ille uiuebat
eras ne una ſecũ: & tunc imago exiſtens: aut unus qui-
dem eratis in uita poſteaq̃ e uita deceſſiſtis ſeperati: ille
quidem ad deos imortales aduolauit: tu uero umbra
ut dignum uidetur ad inferos aduenisti. Her. Et ſi fas
equidẽ foret nequaq̃ reſponderi uiro ſophiſtice percun
ctanti. attamen aures quoq; ad hoc porrigas. Quicqd
enim Amphitrionis in hercule erat id ipſum morte af-
fectum eſt: quod nempe ego ſum ut dixi totum. quod
autem ioui attineret eſt cum diis imortalibus conſtitu
tũ. Dio. perſpicue nunc intelligo. Autumas. n. eadẽ
uice Alchmenã duos peperiſſe hercules: unũ quidẽ ex
Amphitriõe: alterꝝ uero ex ſũmo ioue: ex quo factũ eſt
ut gemini unius matris utero lateretis. Her. nequaq̃ o
inſane: idem profecto ipſe eramus ambo. Dio. neq; ad
huc ad intelligendũ id facile ẽ: duos hercules in unũ eẽ
cõpoſitos. niſi qs diceret uos tanq̃ ippocẽtaurꝝ in unũ
fuiſſe copulatos. hoiem uidelicet atq; deũ. Her. Nõne
ſic tibi hoies cõponi uꝛ aĩo & corpe: unde quid ꝓhibet
aĩum qdẽ ipſũ ex ſũmo Ioue natũ adeſſe cęlo: me uero
mortalẽ ad inferos aduenisse. Dio. Vtiq; elegãter hæc
diſeruiſſe ſi corp9 hac tẽpeſtate eẽs: ſed i corpea es ima
go: itaq; piculũ ẽ te triplicẽ iã feciſſe herculẽ. Her. quo
nã mõ triplicem. Dio. hoc quidem modo: nam ſi un9
in cœlo exiſtit: tu uero apud nos imago. Corpus autẽ
apud tumulũ iam in puluerem uerſum hæc tria iã con
fecta ſunt. Aiaduertas igꝛ uelim: quẽ tertiũ corpori eẽ

intelligas patrem. Her. Audax es atq; ſophiſta. Sed quod nomē tibi eſt: qui huc aduenisti? Dio. Diogenis ſinopei imago: ipſe autem per ipſum Ioue minime cū diis me immortalibus: ſed cum mortuorum optimis conſtitui Homerum atq; huiuſcemodi fabulas deridens.

Luciani Virtus dea locutores. Virtus. Mer. Mer.

u

Irtus dea per epiſtolas orauit modo ut ad ſe irem: Eo ut percōtes quidnam me uelit: illico ad Iouem redibo. Vir. Salue Mercurii ago tibi gratias: quandoq dem tua in me pietas atq; benignitas efficit ut non penitus deſpecta ab omni cætu deoꝝ ſim. M. Expecto quid narres tu modo per breues narrationes facito. nam edixit ut confeſtim ad ſe redirem Iuppiter. V. Etiam ne tecū nobis non licebit noſtras erumnas exponere. Quos igitur habebo ultores iniuriarū ſi non modo apud ipſum maximū Iouem: uerum & apud te quē ſemper in fratris locum habui: colui: obſeruaui. condolendi facultas negatur. O me miſeram ad quos confugiā? Vnde auxiliū petā? Me quidem cū ita deſpiciar malo eſſe truncum aliquem q̄ deam. M. Tandem effare dum præbeo operam. Vir. Vidē q̄ ſim nuda & feda? Hoc ita ut ſim effecit fortunæ deæ impietas atq; iniuria. Aderam ſane ornata apud eliſios campos inter ueteres illos amicos Platonem. ſ. Socratem: Demoſthenem; Ciceronē: Archimenidam: Polieretē

Praxitelem: & eiuſmodi uiros doctos qui me dum ui-
tam agebant piiſſime ac religioſiſſime coluere. Interea
loci cũ iam non pauci ſoluta eum ad nos aduolaſſent e
ueſtigio fortuna dea inſolens: audax: temulenta: pro-
cax: maxima armatorꝝ turba cõſepta atqꝫ ſtipata pro-
perans ad nos iactabunda: en inquit plebeia tu ne ma
ioribus diis aduentantibus non ultro cedis? dolui in-
iuriam nobis ĩmeritis eo pacto fieri. Ac nõ nihil ira con
citata inq̃: neqꝫ tu maxima dea his uerbis me plebeiam
efficies: neqꝫ ſi maioribus cedendũ eſt tibi turpiter cre
dendũ cenſeo. Illa uero illico in conuiciũ ſeſe effert ad-
uerſum me. Prætereo hic quas contumelias in me pri-
mum dum hæc inter nos gerũtur effuderit: iccirco Pla
to philoſophꝰ cœpit cõtra nõnulla de deorꝝ officiis diſ
putare: illa excandeſcẽs apagaite hinc uerboſe inquit.
Nõ. n. decet ſeruos deorꝝ cãm ſuſcipere. cœperat & Ci
cero orator plura uelle ſuadere at ex turba armatorꝝ er
rupit. Mer. Antonius præpotẽs latera illa ſua degla-
diatoria oſtẽdẽs: grauiſſimũqꝫ pugnũ in os Cicerõis in
iecit: hinc cæteri mei amici perculſi metu: fuga ſibi ꝓpe
re cõſuluere. neqꝫ. n. Policletes poplites peniculo aut
phidias ſcalpro. aut Archimenides oroſcopo: aut cæ-
teri inermes aduerſus audaciſſimos armatos eoſqꝫ prę
dis atqꝫ homicidiis ſuetos bello ad ſeſe tuẽdos ualebãt.
ergo me infœliciſſimã ab ipſis diis oĩbus qui tũ aderãt
atqꝫ hoĩbus deſertã pugnis ac calcibus totã cõfregere:
ueſtes meas diripuere: in lutũ proſtratã reliquere: de-
mum abiere ouãtes. Ego uero ita confecta cũ primũ li
cuit cõſcendi huc ut. I. O. M. his de rebus facerẽ certio

rẽ: iam quidẽ mihi ut intromittat expectãti menſis ela pſus eſt: dũq; id ut impetrẽ oẽs deos exeuntes atq; redeuntes præcor: nouas ſemper aliquas excuſatiões audio. Aut enim deos aiunt uacare ut in tempore cucurbitæ floreſcant. Aut curare ut papiliõibus alæ perpulchræ pictæ adſint. Quid igitur? ne uero aliquid ſemper habebunt negotii quo nos excluſas teneant ac floccipendant etiam cucurbitæ modo floruere papiliones latiſſime peruolant. Tum etiam & uilicus ſuſcepit curam dudum ne cucurbitæ ſiti pereant. Nos tamẽ neq; diis neq; hominib9 cordi ſumus. Has ob res te iterum atq; iterꝝ precor: obteſtorq; Mercuri qui ſemper apud deos ipſos interpres extitiſti: & ut cauſam hanc meam iuſtiſſimam atq; piiſſimam ſuſcipias. Ad te confugio: te ſupplex oro: in te omnis mea ſita eſt ſpes: atq; expectatio. Da quæſo operam ne dum a uobis excludor ipſis quoq; mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deoꝝ ordini: ubi homunculi me tam & ſi infirmam deam floccipendant. Mer. Audiui: doleo: uerũ pro uetere noſtra amicitia unum admoneo duram nimis atq; difficilem cauſam te aduerſus fortunam ſuſcepiſſe. Nam & Iuppiter ipſe ut cæteros omittam deos: cum ſe ob accepta beneficia nimium fortunæ debere ſentiat: illius uires atq; potentiam ueretur. Ea enim ad cœlum diis aſcenſum præſtitit: atq; ubi uelit ualens ſua armatorum manu eiiciet. Qua de re ſi ſapis inter plebeios deos ignota quo ad fortunæ odium extinctũ ſit latebis. V. Aeternum latitandum eſt ego & nuda & deſpecta abeo.

fortuna ſup̃ ...

Luciani carmina heroica in amorem.

P Erdiderat natum genitrix cytherea uagantem
Anxia ſollicito quem dum per compita paſſu
Quærit: ab excelſo tales canit aggere uoces.
Errabunda meus ueſtigia forte cupido
Qua fugiens tulerit: quiſquis monſtrarit aperto
Indicio: huic merces ueneris libanda ferentur
Oſcula: captiuum ſi quiſq̄ adduxerit: illi
Mox aliquid gaudens ultra dabit oſcula mater
Quo reperire queas puerum: biſdena dabuntur
Signa tibi cautus memori quæ mente recondes
Huic non candor ineſt: rubor igneus inficit omne
Corpus: & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina: nec dulces ſequitur mens ſubdola uoces.
Quippe hyblæa ſonus uincit dulcedine mella
Sed male fallaci reſpondent pectore ſenſus.
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira
Indomitos animos gerit: immanſuetaq; corda.
Seducit uerbis: nec uera fatebitur unq̄
Eſt puer ille quidem magno ſed prouidus aſtu:
Ludit & interdum: ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines:
Nec pudor audaci: nec ineſt reuerentia uultu.
Sunt illi paruæq; manus: paruiq; lacerti:
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub tartara ditem
Perculit: & regem manes ſenſere ſubactum:
Candida cum ſtygio rapta eſt proſerpina curru.

Corpora nuda gerit nullo uelamine tectus:
Verum animus uario prudens ornatur amictu:
Præterea aligero ſuſpendens membra uolatu
Hinc nymphas petit inde uiros: ultroq; receptus
Viſceribus ſedem ſibi ponit & oſſibus imis.
Eſt breuis huic arcus: ſed quo fatalis arundo
Vſq; ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem:
Auratam cernes humero pendere pharetram:
Peſtiferoſq; intus calamos: quibus impius ille
Ipſi ſæpe mihi lætalia uulnera fecit.
Omnia ſæua quidem: ſed cunctis ſæuius illud.
Dextra facem uibrat: miſeras quæ iacta medullas
Paſcitur: hæc ipſum ſolem ſuccenderet æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis
Duc arce iunctum: nec tu miſerere precantes
Quanuis aſpicias manantia lumina fletu
Decipiare caue: nec ſi ridentia cernas
Ora: graui iubeas laxari uincula nexu:
Quod ſi te blandis inuitet ad oſcula uerbis
Effuge: nam labris certum eſt habitare uenenum.
Si uero facili promittet munera uultu
Telaq;: gnoſiacoſq; arcus: pictamq; pharetram:
Noxia dona time: quicquid tetigere perurunt.

Luciani Timon locutores Timon: Iuppiter. Mer.
Diuitiæ: Pauptas: Gnatonides: Philiades: Demeas:
Thraſycles: Blepſias.

i Vppiter amabilis: hoſpitabilis: amicabilis: ueſtalis: fulgurator adiurabilis: collector nu

bium: tonitruũ opifex: & ſi quid aliud te altiſſoni poetæ uocant: præſertim cum tuo ad eorum carmina fauore indigent. Tunc enim illis multorum nominum factus metri ruinam fulcis: ac hiãtia ſupples. Vbi nũc ualde reſonans fulgur & grauis fremitus tonitruũ? ardenſq; ac luculentum & terribile fulmen? quippe omnia hæc: præter ſolum nominum ſtrepitum: deliramẽta & fumus uere poeticus uidẽtur: tua uero famoſa & procul miſſilia promptaq; arma: neſcio quomodo frigida facta prorſus extincta ſunt. Quiſpiam ergo ex his qui periuria perpetrant fere lychnum citius timuerint: q̃ fulminis cuncta domantis flammam: adeo ſemiuſtum quendam ſtipitem uibrare uideris ipſis: ut ignem quidem uel fumum ex illo non metuãt: ſolum autem hoc ſe conſecutos putent ex uulnere ꝙ fuligine pleni ſint. Iam itaq; tibi propterea Salmoneus retonare auſus te non falſo credit ſic ad iram frigidum: idque merito quum ueluti ſuper mandragoram dormias: q nec periuros audis. nec iniuſta operantes attendis: ea quæ fiunt temnis: aureſq; ceu decrepiti obſtruſas habes. Quum enim iuuenis eras uelox & uiuax ad iram multa aduerſus iniuſtos ac uiolẽtos agitabas: nullęq; tibi erant feriæ: nunq̃ uacabat fulmen: egis etiam quaſſabatur: tonitrua murmurabant: & fulgura ceu iacula quædam inter conſertas hoſtium manus ſine intermiſſione iactabantur: motus uero terræ frequẽtes: nauiumq; cumuli: ac ſaxeæ grandines: utq; tecum graue loquar impetuoſi himbres & ualidi: ſpumantiaq; flumina. Itaq; huiuſce temporis in momento naufragia

ſub Deucalione facta ſunt: ut ſubſternantibus cũctis qui ſubmerſi fuerant una uix arcula illiſa littori ſalua-retur: fauilla humani generis regenerationem maioris uicii ſeruatura? Meritas ergo deſidiæ pœnas luis: quũ tibi hoſtias uel coronas: niſi forte quis in olympicis nõ religiõe aut uoto ſed uetuſto quaſi quodã more: nemo iam offerat. Te quoq; o diuum atq; hominum rex ſublato paulatim honore Saturniũ eſſe dicunt. Quotiẽs iam templa tua expoliarunt: nonnulli quoq; tibi in olym-piadibus uiolentas iniecere manus. Tu q; altitonans: uel ad ſuſcitandos canes: uel ad uicinos inuocandos: ut cum clamore citato gradu illos comprehenderent: adhuc paratos ad fugam piger extitiſti. Quin tu for-tis: gigantũq; deletor: ac titanũ uictor ſedebas intortã cæſariẽ ab illis tondebaris undecim cubitorũ fulmẽ te nens dextra. Hæc itaq; o admirande quouſq; ceſſabũt adeo ſine cura iſpecta: quãdoue de tãta iniuria pœnas ſumes? Quot Phaetõtibus & Deucalionib9 opus eẽt ut tã ingẽtis cõtumeliæ ultio digna ſumeretur. Cæte-rũ ut omiſſis publicis ꝓpria dixerim: quot atheniẽſes in ſublime extuli? illuſtrauiq; diuitiis? ac in cunctis ne ceſſitatibus adiuui? repentinas quoq; ad beneficiũ ami corum opes effudi. poſtq̃ uero propterea inops ſũ fa-ctus ab his qui paulo ante me cum timore mirabantur & colebãt nutuq; pẽdebãt meo tãq̃ ignot9 uilipẽdor. At ſi carpẽs iter obui9 eis fiã ueluti quãdã ſtatuam diu mortui ſupinam & multo proſtratam tempore præter eunt. Qui ue quum me procul aſpexerint infauſtum ac inexecrabile quodam omen ſe uidiſſe arbitrati:

quē pridem ſaluatorē eē dicebāt & benefactorē diuertunt. Itaq̨ hac malorum mole præſſus Endromide tellurem colo quattuor obolorum mercede contentus: & hac ſolitudine bidenti operam do? Sed pro lucro mihi pono ſi deinceps non uideo q̃ plures indiguos feliciter agere. Nam hoc me uæhementer coquit. Quando igitur o Saturni Rheæq̨ nate altum hūc ſempiternūq̨ ſoporem excutiens. Iam enim ultra Epimenidem dormuiſti: fulmenq̨ quaties? aut ex Oeta facta ingenti flāma oſtendens iram fortis & adoleſcentis Iouis? niſi forte uera ſunt: quæ de te tuoq̨ ſepulchro cretes fabulantur. Iupp. Quis eſt hic o Mercuri qui ex attica ad hymeti radices uociferatur totus ſordidus ac ſquallens & amictus Endromide incuruatus arbitror terram fodit: homo loquax & temerarius. philoſophus ne eſt? Neq̨. n. aduerſus nos tam impia atq̨ execranda iacularetur uerba. Mer. Qnid ais o pater? ignoras ne Timona Echecratidi de Colyttea? hic eſt qui quōdam diues ſæpe nos ſacris in ſolenniis centum cibauit tauris: & apud quem conſueuimus ſplēdide in iouialib9 epulari. Iupp. O mutationem bonus ille diues? circa quē tot amici? quæ igitur paſſus eſt? ſquallid9: miſer: effoſſor: mercenarius: & (ut apparet) tam graue tractans bidentem. Mer. Illum (ut ita dixerim) benignitas: & humanitas: ac erga omnes indigos miſeratio? utq̨ uerius loquar conſuetudo: & amentia: prodigalitaſq̨ ſic cōtriuit: qui haud intelligebat quid eſſet adulatoribus & lixis gratias impendere. A tot uero tantiſq̨ uulturibus infelix epar corroſus amicos ſuos ex beniuolentia

quam ad eum ob uoracitatem habere ſimulabant eos arbitrabatur: qui denudatis obeſiſq; oſſibus medulã ſi qua inerat exorbebant: & poſtq̃ ſumma cum diligẽtia hoc fecerant abibant illum arridum abſciſſumq; radicitus deſerentes: nec amplius cognoſcentes aut aſpicientes. unde nanq; dixerim eos impendiſſe auxilium uel gratias egiſſe? ob hoc itaq; amictus Endromide ac bidente armatus præ pudore urbe derelicta mercede: ut uides factus agricola: malis indignatur q; ab illo ditati ipſum quodam cum faſtu prætereunt nomen Timonis ignorantes. Iupp. Haud negligendus eſt uir: infortunio quippe ſuo iraſcitur non immerito. Nam & nos ſimiliter profanis illis adulatoribus faciemus: minime obliti uirum qui tot taurorum fœmora & caprarum adipes nobis ſuper aras adolere conſueuerat. Adhuc enim olocauſtorum nidorem in naribus hẽo. Verum propter occupatus uarios ac deierantium tumultus: & uim atq; rapinas faciẽtium: ob metũ quoq; ſacrilegia perpetrantium (Multi quippe & ineuitabiles hi ſũt qui ne uel parumper oculos claudam ſinũt) multo iam tempore atticam non deſpexi. Præſertim ex quo philoſophia & uerborum contentiones multiplicatæ in illa ſunt. Quum enim inuicem litigent & clament audire uota nequeo: ſic ut obſtruſis auribus me ſedere præſtet: q̃ obteri ab ipſis: qui nos uirtutem quandam incorpoream deliramentiſq; ſimillimam fore magna uoce confirmant. Et ideo contingit ut hic a nobis neglectus ſit qui certe malus non eſt. Cæterum o Mercuri aſſumptis diuitiis ad illum uelocius accede

Diuitiæ uero ſecum ducant theſaurum amboq; apud Timonem maneant: nec ſic facile abſcedant q̄q̄ prębe nignitate illas ex domo rurſus expelleret. De adulato ribus uero illorumq; ingratitudine poſtea deliberatū meritaſq; pœnas dabunt dum interim fulmen reficio. Fracti nanq; & obtuſi ſunt duo eius radii maximi quā do ambitioſius illos paulo ante ego acui contra ſophi ſtam Anaxagoram qui ſuis familiaribus perſuaſit nul los omnino nos eſſe deos. Sed ab eo aberraui: ſuper ipſum nanq; Pericles ſuam poſuit manum: fulmen au tem Anacæum irruit: illudq; incēdio flagrauit: aſt ip‐ ſum paulominus contritum eſt ad petram. Cæterum illis ingens tormentum erit: ſi Timonam diuitem ui‐ derint. Mer. Quātum fuit querulum importunumq; & audacem fuiſſe. hi quippe ſoli iudicia tractant. En continuo ditiſſimus ex inope Timon erit: eo q̄ clama uerit: ac fidenter orauerit: Iouemq; ad ſua uota cōuer terit. q̄ ſi cum ſilentio tellurem effodiſſet: adhuc incur uus foderet a Ioue derelict9. Diui. Ego quidem o Iup piter nunq̄ ad illum redeam. Iupp. Quare o bone di‐ uitiæ præſertim quum id iubeam. Diui. Edepol quia me contumeliis affecit ac expulit: meq; patris ſui ami‐ cam partitus in plura eſt: deq; domo quibuſdam qua ſi (ut ita dixerim) furcis eiecit: haud aliter q̄ ii qui e ma nibus ignem excutiunt. Redibo ne inter paraſitos & adulatores ac meretriculas rurſus diuidēda? Ad illos me mitte Iuppiter qui diuinum munus ītellecturi me fruituri ſunt: quibuſq; deſiderabilis atq; in precioſum Hi uero ardeis ſimiles cum paupertate quam præho‐

norant ſimul ſint: ſumptaqꝫ Endromide cum bidente gaudeãt miſeri quattuor aſſuum mercede: qui decem talenta ſine meditatione largiuntur. Iupp. Nil tale deinceps operaturus eſt Timon bidens quippe illum: niſi forte renum dolorem penitus non ſentit: apprime caſtigauit: ut te neceſſario paupertate præelegat. Cæteꝝ mihi ſemper de his uiſa es queri: quibus nunc incuſas Timonem qui foribus apertis libere te uagari permiſit nec te recluſit aut tui Zelotipus fuit. Non nunq̃ uero aduerſa cõtra diuites querebare te quibuſdam ſeris ac uectibus ſignorumqꝫ impreſſionibus incluſam uſque adeo detinentes ut te erigere in lucem non ualeres. De his itaqꝫ lamentata es ꝙ multis in tenebris pene ſuffocabare: & ob id nobis pallens curiſqꝫ plena unciſqꝫ articulis præ aſſiduitate comparatorum uidebare ſi tempus ſe obtuliſſet diſceſſura. Graue nãqꝫ tibi uiſum eſt ut æneo: aut ferreo thalamo: ceu altera Dane ab auariſſimis iniquiſſimiſqꝫ pædagogis uſuris. & computationibus enutritam uitam agas. Itaqꝫ illos intollerabilia tibi irrogare dicebas: qui te ultra modũ diligant: dũqꝫ liceat frui nequaq̃ audeãt ſiue quum domini ſint amore non utantur: ſed multis cum uigiliis ſigna cuſtodiant clauſtraqꝫ immotis oculis obſeruẽt: proqꝫ magno fructu ducant ſi fructu careant: neminiqꝫ cõmunicent ceu canis in præſepio qui nec ordeum comedat nec eſurientem equum manducare ſinat. Rurſuſqꝫ auaros & cuſtodes irridebas qui haud nouerant nequam ſeruũ: aut diſpenſatorem: aut furciferum clam ſubiturum & contumeliis affecturum infelicem: ac immitem

dominnm ipſumq; ad nigram anguſtiq; oris lncernu-
lam: ſtuppaſq; ſitientes uſuris uigilare dimiſſurũ quo
pacto igitur nonnunq̃ iſta tua querella eſt? Diui. At ſi
uerum percunctaris Iuppiter utcunq; non ſine ratio-
ne feciſſe uidebor tibi. Hæc nanq; Timonis permagna
remiſſio: negligenſq; nulla prorſus in me beniuolentia
tibi uideretur. Rurſus qui me hoſtiis ac tenebris clau
ſam ſeruant ut pinguior fiam: nec me contrectant: aut
in lucem agunt: amentes iniuriiq; atbitratu meo ſunt:
utpote qui me de ipſis benemeritã tantis in uiculis pu
trefieri compellant. ignari q̄ non multo poſt tempore
abibunt: me cuipiam fortunato relinquẽtes: Nec illos
igitur neq; ipſos ꝓdigos mei laudauerim: ſed eos qui
(ut dignum eſt) modum rei ponunt. Nec omnino ab
ſtinentes nec prorſus abiicientes. Cæterum quæſo Iup
piter ſi quis formoſam adoleſcentulam lege ducat uxo
rem: poſtq; nec illius cuſtodiam gerat aut zelum habe
at: permittens ut die noctuq; quo uelit eat: cumq; illã
uolentibus ſimul ſit: inſuperq; mœchos ipſos adducat.
& patentibus ianuis leno fiat: omneſq; ad illam uocet
an hic amare uidebitur? Mon equidem arbitror Iup-
piter tu qui ſæpe amaſti hoc dicturus ſis. Si quis uero
contra libera ac liberali muliere in domum legitimæ
traducta filiam arantis adamet: ac uiuidæ formoſæq;
uirginis ſpernat amplexus: nec uideri illam ſinat: ſteri
lemq; & abſq; liberis uirginitatem ſeruare compellat:
hocq; faciat amare ſi aſſerens: idq; indicet & pallor: &
macies: & oculi concaui: nonne hic uidebitur inſanire
quum opus eſſet nuptiarum fructu procreationi libe

rorum indulgere? Sed decorum uultum ſic extermi-net: puellamq; formoſam ceu alteram Cereris ſacerdotem per omnem uitam nutriat. Ita & ego idignor quū abſq; honore a quibuſdam calcitrer auidiſq; immergar faucibus & effundar. A nonnullis uero ueluti ſeruus nigrantibus liuoribus caſtigatus tracter. Iup. Quid igitur aduerſus illos indignaris? Vtriq; enim meritas pœnas dabunt: & hi quidē ceu Tantalus ſitientes, atq; ieiunii ſolumq; auro faucibus inhiātes. Alii uero haud aliter q̃ Phineus rapta ex gutture ab harpyis eſca. Sed ad Timonem uade: illum penitus ſobrium repertura es. Diui. Ille enim quando quieſcet feſtinat exhaurire me tanq̃ ex cophino perforato anteq̃ tota influam ſtudens præoccupare affluentiam: ne ego affluens plus q̃ ille poſſit exhaurire eum inundem? Quare ad Danaidum dolium aquam ferre mihi uideor: & fruſtra exhaurire uaſe non tollerante: ſed effundendo id quod affluit ante prope q̃ influxerit: adeo eſt latus hiatus hydriæ ad effuſionem: & exitus liber. Iupp. Igitur niſi obturaueris hunc hiatum & ſemel tantum euolans: te breuiter effuſa: in doli fece Endromidem ac bidentem rurſus inueniet: Sed abite iam tandem diuitemq; illū facite. Tu uero Mercuri tuo in reditu memor eſto ab ætna ad nos ducere cyclopes: ut fulmen acuant quum eius acumine opus ſit. Mer. Abeamus o diuitiæ: quid hoc eſt? claudicās me o generoſa: hacten9 latuiſti quū cæca ſis et clauda. Diui. Non ſemper hoc Mercuri: ſed quum ad aliquem imperio Iouis accedo: neſcio quo pacto tarda ſum: & utrunq; claudam pedem: ut uix ter-

minum attingam: ac ut nonnunq̃ ſenio confectus ſit: qui me manet. Quum uero diſceſſura ſum uolucrem uidebis ac ſomniis ociorem. Simul ergo flagellum cecidit: & ego iam uiciſſe prædicor ſtadio tranſito plerunq; etiam his qui ad ſpectaculum ſunt nequaq̃ cernentibus. Mer. In hoc aperte mentita es multos quidem tibi nominare poſſem qui heſterna die nec aſſem quo laqueum emerent habebant. hodie repente locupletes effectos: albos ducere biiuges quibuſq; aliquando nec aſellus erat; nũc rubenti amicti purpura & manibus auro micantibus incedunt uix credentes (ut arbritor) quia non in ſomniis diuites facti ſunt. Diui. Secus eſt Mercuri. Neq; enim pedibus tunc uado meis: ad illoſq; non Iouis: ſed Ditis imperio qui eſt magnificus diuitiarum elargitor accedo: quod ex ipſo nomine liquere poteſt. Quum autem opus eſt ut de altero in alterum tranſeam tabellis immiſſam & accurate ligatam ſublatam trañſferunt & is qui mortuus eſt in aliqua domus tenebroſa parte iacet ueteri linteo tect9 ſuper genua pro quo more catino pugnatur. Qui uero me habere ſperant in foro hiantes ceu hirundinem circumuolantem ſtridulus nidus expectat. Quum autem ſignum ablatum: uicula fracta: apertæ tabellę nouuſq; dominus publicatus fuerit: ſiue cognatus: ſiue adulator: ſiue miniſter ſcelerum ex compedibus honoratus: adhuc barbam raſus ob multiplices & diuerſas uoluptates: quas olim extraneus illi ſuppeditauit ingenti accepta mercede: generoſus ille quicunq;

fuerit me raptis tabellis currit exportans pro Pyrrio uel Dromone uel Tibio ſiue Megacles aut Megaby-zos aut Protarchus nomen habeat: illis nequaꝗ̃ hian-tibus ſeqꝫ alterutrum intuentibus derelictis uerumqꝫ luctum agentibus: utpote quibus de profundo ſage-næ gremio ingens Thynnus effugit qui non modicam deuorarat eſcam. Cæterum is qui me repentinus inua ſit: ignarus boni: duratuſqꝫ laboribus: homo adhuc horrens compedes: ac ſi quis tranſiens cum flagris ce-debat auicula arrigens aures: molendinumqꝫ ceu rega le palatium uenerans: non amplius tollerabilis eſt his qui obuii fiunt: ſed & liberis contumeliam irrogat: & conſeruos uerberibus cedit: licet eiuſmodi expertus ſit: quoad in meretriculam quãpiam inciderit equoſqꝫ mittat uel ſe adulatoribus dedat qui illum iurẽt & for moſiorem Nereo: & generoſiorẽ Cecrope ſeu Codro ac prudentiorem Vlyxe: & Crœſo ditiorem: ſex & de-cem in temporis momento miſer effudit talenta: quæ multis cum periuriis & rapinis atqꝫ fallaciis fuerãt pau latim cumulata. Mer. Communia pene ſunt iſta quæ narras. Cæterum quum tuis ipſa pedibus incedis quo modo cæcam uiam inuenis? Aut ad quos te Iuppiter miſerit: quum illos dignos eſſe iudicat: ut diuites fiãt noſti? Diui. Putas ne me inuenire qui ſint? hercle non ſemper neqꝫ enim Ariſtide relicto, ad Hipponicũ aut Calliam accederem: complureſqꝫ alios ex Athenis qui nec obolo digni ſunt. Mer. Verum quum fueris deſti-nata qd agis? Diui. Nũc ſurſum nũc deorſũ circũiens

erro donec in aliquem incidam qui non intelligat: qui-
cūq̨ uero mihi obuiam uenerit me ſecum abducta ue
nit: teq̨ pro ineffabili inſperatoq̨ lucro pronus erat.
Mer. Iuppiter ergo decipitur putans te (prout ipſi ui
detur) diuites facere eos quotcunq̨ dignos duxerit: q
ditentur. Diui. Imo maxime: nec immerito o bone q
quum me cæcam uideat: mittat quærere rem adeo dif
ficilis laborioſæq̨ inuētionis & multo tempore abſcō
ditam: quam neq̨ Lynceus facile inueniret adeo terrā
& paruā. Igitur quum bona tam pauca ſint: mala ue-
ro plurima urbeſq̨ cunctas occupent: facile in huiuſce
incido: ab illiſq̨ irrectior. Mer. Præterea quomodo re
lictis illis facile aufugis ignorās uiam? Diui. Quippe
ad fugam duntaxat acuto lumine cerno: pedibuſq̨ in
tegra ſum. Mer. Item uelim reſpondeas mihi quomo
do cæca quū ſis (pace dixerim tua) & pallida grauiſq̨
crura: tot amatores habeas teq̨ cuncti mirentur: ſeſeq̨
felices autument: ſi te conſecuti fuerint. ꝗ ſi non: uita
odio ſit. Noui igitur q̄ plures adeo amatores tui ut in
in altum pelagus ſe præcipites dederint: deq̨ ſaxis ſo-
lem ipſum uertice pulſantibus a te contemni exiſtimā
tes. Quoniam ab initio illos non uideras. Sed ſcio ꝗ
& tu non inficiabere: ſi qua tibi mens eſt illos inſanire
qui hoc amore inſaniant. Diui. An putas ut eis qualis
ſum uidear uel clauda uel cæca aut cætera quæ inſunt
mihi huiuſmodi? Mer. Et quare nō & ipſi oīo cæci ſūt
Diui. Cæci haud quaq̄ ſunt, ſed amētia errorq̨ qb⁹ nūc
oīa plēa ſūt illos obūbrat. ego quoq̨ ne ꝑrſus d̄formis

uidear: ſumpto perſonatu quodam amabili: auro gẽ-
miſq; diſtincto uariis induta: illis obuiam uenio: qui
perſonam cernere arbitrati meam: decorem amant: pe
reuntq; niſi conſequantur: quod ſi quis totum denuda
uerit meq; illis oſtenderit, conſtat utiq; ſeſe accuſatum
ire qui non acutis luminibus talia intuitus res minime
amandas deformeſq; amauerit. Mer. Cur igitur diui-
tes effecti iterum falluntur? ac ſi quis eos diuitiis priuã
re contendat cernis caput: q̃ perſonatum abiiciant?
Neq; enim licet eos tunc ignorare quaſi forma ſuperla
ta ſit quum omnia introrſus inſpexerint. Diui. Mercu
ri etiam ad hoc me pauca adiuuãt. Mer. Quæ? Diui.
Nam ſi quis primo ad uotum apertis me ualuis admi
ſerint. Ambitio: ignorantia: iactantia: mollities: con-
tumeliæ: error: cæteraq; huiuſmodi una mecum intro
eunt. Itaq; infelix animus ab omnibus captiuatus nõ
admiranda miratur: & appetit fugienda: meq; omni-
um matrem malorum illis circunductam ſtupet: uni
uerſaq; potius mala pateretur: q̃ me reiicere ſubſtinet.
Mer. Quum ſis res quædam maxime delicata: & lu-
brica: & fugitiua: nullumq; certum porrigens capulũ
ſed anguilla: uel ſerpens inter digitos effluas (neſcio
quo pacto) inopiam uiſco plena & captu facilis innu-
meriſq; hamis obſita. Sed dum interea ambagibus in
tẽti ſumus res haud praua delituit. Diui. Quæ? Mer.
Theſaurum enim quo potiſſime indigebamus non at
tulimus. Diui: Hac parte confide: in terra namq; ſem-
per illo relicto ad uos uenio monens ut intus hoſpitia
maneat: neminiq; aditum pandat: niſi me uocante adi

erit. Mer. Iam atticam deuenimus? Proinde ſequere me pallium tenens: donec terminum attigero. Diui. Bene agis Mercuri manu me ducens. Si enim ſola uager in Hyperbolum uel Cleonem forſitan incidam. Sed quis hic ſtrepitus ceu ferrum ad ſilicem? Mercu. Timon hic prope montanam lapidoſamq; tellurem bidente ferit: proh & paupertas adeſt: & improbus labor: tollerantia quoq;: ac ſapientia: & fortitudo: cæteriq; omnes quos fames erudiit longe præſtantiores q̃ ſatellites tui. Diui. Vt quid ergo Mercuri uelociter nõ abimus? Nihil enim dignum faciemus ratione cum uiro qui tali eſt ſtipatus exercitu. Mer. Haud hoc uiſum eſt Ioui: non ergo timeamus. Pau. Quo hanc Argi pemptor manu reducis? Mer. A Ioue huc ad Timona mittimur. Pau. Nunc diuitiæ ad Timonem accedunt quem ego olim male in delitiis habentem aſſumpſi: & his ſapientiæ ſcilicet & labori uirum fortem traddidi: precioq; multo dignum feci. Ita ne? ego uobis irridenda: iniuriiſq; digna ſum uiſa? ut mihi hanc ſolam poſſesſiunculam auferre uelitis. quam cum ſumma cura ad uirtutem uſq; percolui? quem quum diuitiæ rurſus aſſumpſerint contumeliis ſuperbię traddant? ſimilẽq; priori effœminatum ac degenerem & inſanum efficiat mihi rurſus lacera ueſte obſitumq; reddat? Mer. Sic Ioui placitum eſt. Pau. Abeamus itaq; o labor: & ſapientia: uoſq; cæteri ſequimini me: hic uir forte cogniturus eſt qualem reliquerit me cooperatricem optimam & magiſtram uirtutum: cum qua illi ſemper fuit mẽs ſana in corpore ſano: uiriq; duxit uitam: ſeq; reſpexit:

ac ſuperflua & multa eiuſmodi aliena: ut ſunt dixit:
Mer. Abeunt. nos autē adeam9. Ti. Qui eſtis o ma-
ledicti: uel quid quærentes huc ueniſtis uiro agricolæ
moleſtiam illaturi? Sed abite potius cum malo execrā
da cohors. alioqn in uos glebas & lapides iacio. Mer.
Abſit Timon ne iacias: non enim mortales ferires: ego
quidem Mercurius ſum: iſta uero Diuitiæ. Miſit au-
tem nos Iuppiter uotis anteuertens tuis. Itaq; bona
cum fortuna accipe diuitias & a laboribus requieſce.
Ti. Ploraturi eſtis licet dii ut aitis: quippe una omnes
& deos & homines odi: hanc uero cœcam quæcunq; ſit
bidente pulſabo. Diui. Ad Iouem redire conſilium eſt
o Mercuri. Hic enim homo ut uidetur non mediocri-
ter inſanit: ne quid igitur mali ultra recipiam habeo.
Merc. Nihil inhumanum agas Timon: quin hac tua
omni feritate depoſita protende manus: bonam cape
fortunam. iterumq; diues eſto: athenienſiumq; prim9
ac deſpice ingratos illos ſolus felix. Ti. Nihil nobis
opus eſt nolite mihi moleſti eſſe: hic bidens mihi copi-
oſæ diuitiæ ſunt. Cæterum fortunatiſſimum me fore
arbitror ſi mihi nemo ſit proximus. Mercu. Sic o ami
ce inhumane utq; uerius dixerim impie: crudeliter: ac
pertinaciter agis: merito forſan homines oderis: a qui
bus tāta perpeſſus es? cur uero deos odio habeas igno
ro: qui tantam de te curam gerunt. Ti. Tibi uero Mer
curi: Iouiq; de cura quam erga me habuiſtis gratias a-
go: has uero diuitias nunq̄ admiſſurus ſum. Mercu.
Quamobrem? Ti. Quia olim mihi mille malorum
cauſa fuere: Quæ & adulatoribus me tradiderunt:

expoſuerunt inſidiis: odium ſuſcitarunt: uoluptatib9 corruperunt: inuidioſum reddiderunt: tandem repen te infideq; ac (ut uerius loquar) proditario quodã mo do deſeruerunt. Optima uero paupertas laboribus me uirilibus exercuit. Et enim fide ac uirtute mecum obſeruata laboranti mihi neceſſaria præſtitit: ſuper fluaq; illa contemnere docuit. Speſq; omnes uitæ meę ex me ipſo perfecit: & quæ erant diuitiæ meæ quas nec adulator: nec calumniator: nec populus concitatus: nec ſententiam proferens concionator: nec Tyrannus inſidioſus auferre poſſunt: oſtendit: bona itaq; ualitu dine ex laboribus fretus agrum hunc libenti cum labo re colo: Nihilq; eorum quæ ſunt in urbe conſidero: co pioſamq; ac ſufficientem mihi ex bidẽte farinullam ha beo. Itaq; reuerſurus abi o Mercuri ad Iouem Diuitiis tecum ductis. Mihi autem hoc ſatis ſuperq; fuerit ſi iuſ ſu Iouis omnem ætatem querellis plenam mortales agant. Mer. Abſit Timon: neq; enim modo tales om nes ſunt querellis idonei. Cæterum iracundiam hanc pueriliaq; iſta dimitte: ſumeq; diuitias: non ſpernẽda ſunt Iouis munera. Diui. Vis Timon tecum diſſeram an ſi tibi loquar indignaberis? Timõ. Dic haud longa tamen & ſine proemiis: ut praui rhetores: patiar quip pe te ſi pauca dictura es ob hunc Mercurium. Diui. Forſan opus fuerit prolixo ſermone: ut quæ a te ſim tã uæhementer accuſata: uide tamen ſi quid tibi: ut ais: iniuſte feci quæ oblectamentorum tuorum omnium cauſa fui: honoris: prælationis: coronarum: cęterarumq; delitiarum: propter me clarus: te famoſus & celebris

